

Bericht

über

das Altstädtische Gymnasium

zu Königsberg in Pr.

von Ostern 1843 bis Ostern 1844.

Womit zur

öffentlichen Prüfung der Schüler aller Classen

am

1. April Vormittags von 8 Uhr und Nachmittags von 2½ Uhr an

und am

2. April Nachmittags von 2½ Uhr an

zugleich im Namen der Lehrer der Anstalt

ganz ergebenst einladet

der Director des Gymnasii

Johann Ernst Ellendt.

Voran geht eine Abhandlung von dem Oberlehrer Nitka:

Num Homero fabula Aeropes Cretensis nota fuerit. Particula prima.

Königsberg, 1844.

Gedruckt bei E. J. Dalkowski.

Ordnung der Prüfung.

Montag den 1. April, Morgens von 8 Uhr ab.

Sexta.

1. Latein. Dr. Legiehn.
2. Deutsch. Der Director.

Quinta.

1. Rechnen. Dr. Böttcher.
2. Geschichte und Geographie. Dr. Möller.

Quarta.

1. Latein. Dr. Möller.
2. Mathematik. a. Cand. Lange. b. Cand. Jänsch.

Tertia b.

1. Geschichte. Dr. Krieger.
2. Latein. Nitka.

Montag den 1. April, Nachmittags von $2\frac{1}{2}$ Uhr ab.

Tertia a.

1. Latein. Fatscheck.
2. Griechisch. Nitka.

Secunda.

1. Mathematik. Müttrich.
2. Griechisch. Der Director.

Dienstag den 2. April, Nachmittags von $2\frac{1}{2}$ Uhr ab.

Prima.

1. Latein. Dr. Gryczewski.
2. Geschichte. Dr. Bender.
3. Mathematik. Müttrich.

Nach der Prüfung erfolgt die feierliche Entlassung der Abiturienten durch den Director.

Der Abiturient Hessen und der Primaner Graf Lehndorff werden sich in Reden, die sie selbst verfertigt, versuchen.

Schlussgesang: Motette von Schicht und Gesang für 8 Männerstimmen, unter Leitung des Cantors und Musikdirectors Sobolewski.

Der Anfang des Sommerhalbjahr's ist auf Montag den 15. April Morgens 7 Uhr festgesetzt. — Zur Prüfung der in das Gymnasium neu Eintretenden sind die Vormittagsstunden der Ferientage bestimmt.

Ellendt.

Num Homero fabula Aeropes Cretensis nota fuerit.

Particula I.

Eustathius, doctissimus diligentissimusque ille Homeri utriusque carminis interpres, Necyiae versus 436—439.

> ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ γόνον Ἀτρέος εὐρύοπα Ζεὺς
> ἐκπάγλως ἤχθηρε, γυναικείας διὰ βουλὰς,
> ἐξ ἀρχῆς· Ἑλένης μὲν ἀπωλόμεθ' εἵνεκα πολλοί.
> σοὶ δὲ Κλυταιμνήστρη δόλον ἤρτυε τηλόθ' ἐόντι.

explicans, quasi ipse poeta non satis aperte pestifera ista mulierum consilia Helenae et Clytaemnestrae nominibus indicasset, ut magis, arbitror, illud *ἐξ ἀρχῆς* fulciretur, atque si altius adscenderetur, plus ponderis acciperet, Aeropen, Atrei uxorem, intrusit, quae a Thyesta stuprata multorum fuisset malorum causa. pag. 1693, 22. Tantum nutu idem stuprum significat pag. 184, 9. *ὁ μὲν (Θυέστης) ἀδικήσας εἰς λέχος τὸν Ἀτρέα καὶ τὸ χρυσόμαλλον ἀρνίον ὑποσπάσας·* et pag. 316, 10. nulla domesticae turpitudinis suspicione in eam commota, de discrimine *ὀνομάτων συγγενικῶν* disserens, *τήθη*, inquit, *ἐστὶν ἡ τοῦ πατρὸς μήτηρ, ὡς ἡ Ἀερόπη τῷ Ὀρέστῃ.* Etiam in scholiis Buttm. ad nostrum locum Od. λ. 437. adnotatum est: *αἰνίττεται τὴν Ἀερόπην·* ex quo uno loco manifestum est, ex interpretum sententia Homerum conscientiam Aeropes ejusque facinorum habuisse.

Ac primum hoc loco monere inter necessaria est, Homerum, cum patrem nobilium illorum regum cum patronymico, tum ipso nomine saepenumero indicet, matris injecisse mentionem nullam. Demum Apollodorus, libri tertii initio Europae propaginem enarrans, Minois Cretensis Catreum et Deucalionem filios prodit, illum Aeropen suscepisse filiam, hoc procreatum Idomeneum; Aeropen vero

Plistheni in matrimonium datam, Agamemnonem et Menelaum partu edidisse. Sufficit dixisse, Apollodorum eum esse, a quo uno et originem et patriam Aeropes cognoscamus, et qua ratione factum sit, ut in Graeciam adducta homini Graeco conjuncta sit matrimonio justo et legitimo; cur Plisthenem, non Atreum nobilissimae hujus gentis auctorem fecerit, in praesentia quaerere non curo. Si vero de patre ipso posteriores dissentiebant, quod quominus facerent obstabat opinio communis et Homeri auctoritas, quis est, quin concedat, poetas de materna stirpe, cujus est apud eum silentium altissimum, neque usquam vestigia, quibus ingrederentur, impressa invenerunt, suo quemque arbitrio et licentia, quae quidem iis quasi ex lege concessa est, libere finxisse et statuisse, quod res et consilium postularent? Idque confirmatur eo, quod Atridarum matris nomina plura pro uno, quod postea demonstrabitur, a scriptoribus afferuntur perinde ac Priami matris. Namque ut Porphyrius, qui natus est anno 233 p. Chr. n., in eo libro refert, quem in scholiis ad Il. 3, 250. *περὶ τῶν παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων* scripsisse perhibetur, istius regis Trojani mater fuit Zeuxippe secundum Alcmanem lyricum, secundum Hellanicum Strymo sive Trymo. Stamis eam dicit Thoasan, Teucri filiam; Apollodorus III, 12, 3. praeter Strymo affert Placiam et Leucippen (vid. Heyne ad. h. l.), nisi forte legendum est *Λευκίππου*, qui est Placiae pater; Pherecydes in fragm. 99. ed. Muellerorum Priamum Leucippae filium prodit. Quae omnia nomina dubitabis, singulasne mulieres et pellices, quas barbarorum more dignitate et honore distinctas sibi conjunxerit Priami pater, an lusum et licentiam poetarum significent, qua usi sint in appellanda muliere, cujus nomen erat ignobile. Usu quidem venit, ut, quae mulieres aut sua ipsarum laude aut gloria liberorum insignes essent, earum nomina posteris inderentur quadam denominatione i. e. eo, quod ab earum nominibus patronymicorum ritu derivabantur *μητρονυμικά*, quorum exempla affert Etymologus pag. 166, 9. *Λητοΐδης, Δαναΐδης, Νιοβίδης*; ut Latonia ex Ovid. Metam. nota est. Sed quanquam ne in earum quidem numero Aerope est, neque cuiquam poetarum inde Agamemnonem late regem in mentem venit *Ἀεροπίδην* nominare; tamen ejus nomen apud posteros satis erat tum celebratum, tum infamia notatum, quia discordiis inter Atreum et Thyestem ortis ipsa ita implicatur, ut plurima facinora, quae a fratribus illis perpetrata credebantur, nisi ejus opera et auxilio, omnino admitti non potuerint. Qui vero simultatum, dissidii, odii, quae inter Pelopidas intercesserant, cognitionem habuit, is etiam Aeropes fraudes, dolos, adulterium cognita habuerit necesse est. Si igitur haec omnia Homero ignota et incomperta fuisse demonstrari potuerit, tum demum neque de Aerope, qualem quidem posteriores finxerunt, neque de necessitudine et affinitate *), cujus vinculis Atridas et Idomeneum, regem Cretensem, conjunctos fuisse interpretes Homeri putaverunt, eum quidquam fama et auditione accepisse probatum erit.

At enim intercurrit turba scholiastarum, quorum agmen ducit Licymnius quidam (vid. schol. ad Il. β, 106.), qui Eustathii patrocinio suscepto causam agunt.

---

*) Eustath. in Il. pag. 246, 20. *κικλήσκει* (sc. *Ἀγαμέμνων*) *δὲ*, inquit, *πρώτιστα μὲν τὸν Νέστορα —, εἶτα τὸν Ἰδομενέα ὡς καὶ αὐτὸν καθ' ἡλικίαν πρεσβεῖον ἔχοντα καὶ ὅτι καὶ συγγενὴς τῶν βασιλέων ἦν.* — quibus congruunt scholiastae verba ad Il. β, 405: *δεύτερος καλεῖται Ἰδομενεὺς καὶ οὗτος καθ' ἡλικίαν, καὶ ὅτι τῶν Ἀτρειδῶν γένους.*

Namque, qua sunt sagacitate, ut Homerum divinarum omnium inventionum fontem et originem esse, et omnia, quae ab homine sciri possint, animo comprehendere putant, ita tum ex ipso silentio, tum quod eo loco, quo Pelopis sceptrum et imperium jure hereditario posteris traditum commemorat, verborum diligentissimus fuerit, ei vel invito omnium hujus gentis fatorum conscientiam imputant. Primum enim scisse eum *τὰ κατὰ τὸν Ἀτρέα καὶ Θυέστην κακά*, sed ne eorum genti, quam summis laudibus extulisset, facinoribus majorum enarratis, obtrectaret, silentio praeteriisse, pro certo et explorato affirmant; tum quasi sentientes, quam infirmo usi sint argumento, sententiam eo tuentur, quod *Πέλοπι πληξίππῳ*, *ἔλιπε* et *πολύαρνι Θυέστῃ* dixerit, quibus singulis vocibus, ut ambiguis Themidis fatidicae oraculis, praestantissima quaeque ex fatis et facinoribus Pelopidarum significari contendunt. Namque *πληξίππῳ* epitheto eum certamen curule Pelopis et Oenomai, Myrtili perfidiam poenamque in hominum memoriam revocare voluisse; bis posuisse *ἔλιπε*, non *ἔδωκε*, quod, ut Atreus Thyestae, ita Thyestes Agamemnoni imperium tradidisset invitus et coactus, cum verbum *λιπεῖν* esset necessitatis et animi infesti, *δοῦναι* liberi arbitrii et benevolentiae; voce *πολύαρνι* indicari divitias, qnas Thyestes ove, quam Mercurius Atreo dono dedisset, Aeropes auxilio rapta, sibi comparasset.

Causa utrimque cognita patet, si apud judicem severum et integrum erit perorandum, hac una ex re, quod Homerus Aeropen silentio praeterierit, argumentum peti non posse, ei omnino istam Cretensem ignotam fuisse, nisi ostenderimus, aliqua saltem significatione eam declaraturum fuisse, si cognitam et compertam habuisset. Nam praeterquam quod mater fuit eorum, in quorum commemoratione maxima pars totius carminis versatur, et patria et ortus et cognati et mores et facinora ejus singula quaeque digna erant, quorum mentionem injiceret, neque in nostram causam valet vituperatio, qua eos reprehendit Strabo XII, cap. 3. pag. 35. ed. st., qui Homerum ignorationis arguunt earum rerum, quas silentio praetermiserit. Si vero ad probandam nostram sententiam, quaecunque apud Homerum de Atridarum fatis facinoribusque inveniuntur, conferre et in unum locum congerere opus est, non minus arbitror necessarium esse etiam eorum rationem habere, quae posteriores, quae quidem ad nostram rem pertineant, tradiderunt. Hic vero ea intercedit difficultas, quod remotos istos largosque fontes, unde integra nec intermixta hauriamus, jam aperiri non possunt, et soli rivoli patent, qui tamen aut aquis undique corrivatis et nonnunquam limo turbatis redundant, aut et ipsi sitientes et exsiccati sunt, quia eorum flumina non minus, quam capita antiquitas ruinis obruit. Namque cum multorum poetarum carmina, uberrimos rerum mythicarum fontes, temporum invidia aut tota eripuerit, aut nihil conservaverit, nisi singula fragmenta et inconcinnas reliquias, quae ad qualecunque opus conficiendum non sufficiant; nos ad historicos, mythographos et interpretes graecos convertamus necesse est, quibus quidem ipsos auctores adire concessum erat, sed qui auctoritates nominare, delectum rerum et rationem tum temporum tum scriptorum habere nonnunquam supersederunt, et, quod aliena et incongrua confundebant, non ubique vera viderunt. Quae cum ita sint, eam nobis rationem ineundam esse putamus, ut singulis auctorum rerum Graecarum fragmentis, quamvis pauca sint, in ordinem dispositis, pro limitibus utamur, quibus, si fieri possit, ea, quae internunciorum cohors ad nos re-

tulerit, interponamus; neque non adjuvari nos putamus, si latinos scriptores, quantum ejus rei facultas detur, consulamus, quippe qui Graecorum opibus nutriti et instructi, multa Romam ex Graecia transtulerint. His enim rebus sustentati, horum mythorum si non primas origines formamque primitivam, quod consequi desperamus, at certe incrementa per aetates singulas facta nos inventuros esse confidimus. Si vero ne id quidem contigerit, id tamen conficietur, ut, ex quibus principiis ad quantam gloriam pervenerit Tantalidarum memoria, aliquatenus intelligamus.

Memoria vero omnes istas res, quae nostrae quaestioni conjunctae sunt, repetenti et mentis oculos per totam causam circumferenti, unde incipere atque ubi desinere debeam, statuere difficile videtur. Tanta enim est rerum a Tantalidis gestarum gloria, tanta facinorum atrocium et nefandorum copia, tantum et poetarum et scriptorum studium istius familiae tum splendorem exornandi, tum dedecus adaugendi, ut dubius haereas, uter utrum mythus, Thebanicus iste Labdaci, an Tantalidarum pondere et gravitate superet, atque uter clarior et famae celebritate praestantior fuerit, quo utroque mytho veteres quandam fati necessitatem, qua homines devincirentur, comprobari et affirmari voluerunt, ostendentes, sicut causam causa sereret, ita facinore facinus progerminare. Sed cum mythus quisque, quo quaedam sententia praeceptumque firmetur, vinculis firmis arctoque nexu contineatur, ut, nisi totus perturbetur, partes sejungi non possint; ea est causa, cur superiora repetens usque ad Tantalum putaverim esse regrediendum, quod, nisi principiis bene cognitis, extrema intelligi non posse, in natura rerum positum est.

De Tantalo.

Fuisse, qui Tantalum mortalibus ortum parentibus dicerent, a scholiasta ad Euripid. Orest. v. 5. cognoscimus *Τμώλου καὶ Πλουτοῦς υἱὸς ἦν Τάνταλος;* item ab Joanne Tzetze Chil. V, v. 444.

Παῖς τῆς Πλουτοῦς ἦν Τάνταλος καὶ Τμώλου βασιλέως.

Tmoli igitur filius fuisse dicitur. Nam quod Xanthus, rerum Lydicarum scriptor, frag. 23. ed. Muell. scribit *Τάνταλος καὶ Ἄσκαλος, παῖδες Ὑμεναίου,* jam ex ipso fragmento apparet, Tantali nomen apud Lydos fuisse usitatum, neque hunc Ascali fratrem regiae Tantalidarum stirpi esse adnumerandum. Quibus vero, miscendo humana divinis, primordia ejus generis augustiora facere placuit, ii, matre illa mortali concessa, paternam originem ab Jove repetierunt, cujus rei, quanquam multa testimonia sine ullo negotio afferri possunt, unum sufficiat Pausaniae II, 22, 4. *τοῦ δὲ λεγομένου* (sc. *Ταντάλου*) *Διός τε εἶναι καὶ Πλουτοῦς.* Idemque nomen arbitror latere in duobus locis Hygini, uno fabulae 82. haec referentis: Tantalus, Jovis et Plytones filius, altero fab. 155.: Tantalus ex Plutone, Himantis filia; nisi forte menda sunt librariorum.

Natione fuisse barbarum omnes fere consentiunt, de patria non item. Nam Diodorus Siculus, cum lib. IV, 74. scribit *Τάνταλος μὲν Διὸς ἦν υἱὸς, πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ διαφέρων, κατῴκει τῆς Ἀσίας περὶ τὴν νῦν ὀνομαζομένην Παφλαγονίαν,* et *ἐπεὶ δὲ ὁ Τάνταλος — ἐξέπεσεν ἐκ Παφλαγονίας,* imperium Paphlagoniae ad eum deferre videtur, qui haud scio an secutus sit poetas Alexandrinos, qui non Tan-

talum, at certe Pelopem in Paphlagonibus regnum obtinuisse tradunt. Apollonius enim Argonaut. II, 357. de Pelope haec canit:

> ἀγχίμολον δ᾽ ἐπὶ τῇ πολέας παρανεῖσθε κολωνοὺς
> Παφλαγόνων, τοῖσιν Ἐνετήϊος ἐμβασίλευσεν
> πρῶτα Πέλοψ, τοῦ καί περ ἀφ᾽ αἵματος εὐχετόωνται.

Euphorio, Apollonii aequalis, quem poetis obscurissimis et intellectu difficillimis Cic. de Div. II, 64. et Clem. Alex. Strom. V, p. 676. adnumerant, tum Paphlagonem, tum Lydum perhibuit, ut adnotat schol. ad Apollod. l. l. τὸν δὲ Πέλοπα Παφλαγόνα τὸ γένος εἶπεν. Ἄλλοι δὲ Λυδὸν αὐτὸν ἱστοροῦσιν. Ὁ δὲ Εὐφορίων ἀμφοτέραις ταῖς δόξαις συντίθεται. Ister denique, huic aetati suppar, cf. frag. Historic. Graec. ed. Carol. et Theod. Muell. pag. XC. et LXXXV, eandem de Pelope sententiam secutus est. vid. fragm. 59. Sed in hos idem valet, quod in reliquos aetatis Alexandrinae poetas, eos in fabulis tractandis abditissima quaeque ex omnibus angulis conquisivisse, neque quidquam amplexos, nisi quod rarissimum et maxime oblivioni tradendum esset. Inde non mirum, majorem poetarum scriptorumve partem hac de re tradidisse alia. Namque Pindarus, antiquissimus eorum, qui patriae Tantali et filii mentionem injecerunt, Pelopem Lydia oriundum prodit. Olymp. I, v. 37. schol., Sophocles Tantalum Phrygia, de Niobe canens Antigon. v. 765.

> ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι
> τὰν Φρυγίαν ξέναν,
> Ταντάλου Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ·

et Pelopem dicit βάρβαρον Φρύγα Ajac. v. 1292. vid. adn. Lob.; quem ob errorem, omnibus, ut arbitror, tragicis communem, cf. Strabo X, 3. pag. 360. ed. st., Sophoclem carpit Tzetzes Chil. V, 448.

> Πῶς Σοφοκλῆς τὸν ἄνδρα δὲ Φρύγα φησὶν, οὐκ οἶδα,
> λέγων, ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα.
> Εἰ Τμῶλος Τάνταλον γεννᾷ τοῖς τόποις τῆς Λυδίας,
> Ὁ Τάνταλος δὲ Πέλοπα, πῶς Φρύγες, ὦ Σοφόκλεις;

Phrygibus adnumerant etiam Herodotus et Nonnus cf. Westerm. script. Mythol. gr. pag. 380. LVII. In tabulis a Philostratis seniore et juniore descriptis mitra ceteroque cultu Lydio ornatus est; Seneca, qui sine dubio exempla Graecorum tragicorum secutus est, de eadem mitra in Thyestae versu 662, haec eloquitur:

> hoc Phrygius loco
> fixus tiaras Pelopis.

Sed hi poetae de Tantali patria specie magis, quam re discrepare putandi sunt: nam de imperii sede consentiunt, Sipylum urbem aut significantes aut ipso nomine appellantes, ut Pindarus primo carmine Olymp., ut Aeschylus in Niobe fabula, cujus fragmentum reservavit Strabo libri XII. parte extrema, ut Euripides Iphig. Aulid. v. 957, ed. Herm.

> ἢ Σίπυλος ἔσται πόλις, ὅρισμα βαρβάρων,
> ὅθεν πεφύκασ᾽ οἱ στρατηλάται γένος.

i. e. unde Atridae oriundi sunt; atque his poetis assentiuntur Antonius Liberalis XXXVI. Westerm. pag. 233. iique, quos nominat Parthenius in narrationibus

amator. XXXIII. Westerm. p. 179. Quae cum ita sint, causa in eo consistit, utri regioni, Phrygiae an Lydiae, Sipylus, sita ad montem cognominem, attribuenda sit. Qua de re si nostrae aetatis geographos consulimus, hi non cunctantes Lydiae urbem et montem fuisse respondent. cf. Sickler tom. 2. p. 323.; si Strabonem, is primum titubat et haesitat, tum omnes Asiae minoris regiones cis Halyn sitas, in primis quae essent maritimae, propter fertilitatem soli antiquitus a diversis occupatas fuisse gentibus praecipit. Quae cum aut sedibus pulsae alio migrassent, aut advenis mixtae in unius populi corpus coaluissent, et nomina populorum esse mutata, nec fines certos constitui potuisse, quod caderet in Lydos et Maeones sive Meones, in Phryges et Mysos. Inde esse factum, ut singulae regiones quorum populorum essent, decerni non posset. cf. lib. XII. cap. 8. p. 64. XIII, 4, p, 155. Vehementer vero inconstantiam et temeritatem ipsorum scriptorum increpat, qui non suo quidque nomine appellarent, ut si tragici Trojanos dicerent Phryges, tom. 3. p. 67. ed. st., si Euripides Phrygum loco poneret Lydos, tom. 2. p. 360., si Idam montem Olympi nomine significarent Aeschylus et Sophocles. cf. tom. 2. pag. 362. et tom. 3. p. 78. De Sipylo denique interrogare instantibus, respondet quidem, sed indignabundus et tam obscure, ut nos dimittat incertos, utris addixerit, Phrygibus an Mysis; id certe audimus, quod jam aliunde comperimus, veteres Tantalum ejusque liberos, Pelopem et Nioben, dixisse Phryges. cf. lib. XII. cap. 8. init. Eustathius pag. 1701, 18. *τὸ Φρύγιον ὄρος*, inquit, *ἡ Σίπυλος καὶ τὸ Σίπυλον.*

In hoc tam multorum scriptorum consensu de Tantali sede et domicilio mirum est, quod Autesio (scriptor prorsus ignotus, cf. Boeckh praef. in Pind. schol. pag. XXIII.) Tantalum fuisse *Ἀχαιὸν ἀπ᾽ Ὠλένου πόλεως* perhibet schol. ad Pindar. Olymp. I, 37. Sed jam ea, quae de hac urbe scholiasta addit, totum locum faciunt suspectum, quod falsa veris miscentur. Namque si Oleni etiam Homerum injecisse ait mentionem, significans locum Homeri Il. II. 639. — — *καὶ Ὤλενον ἠδὲ Πυλήνην*, has quidem urbes Aetolicas esse ipse Homerus indicat, et Strabo confirmat VIII. cap. 7. p. 223. ed. st. Oleni, urbis illius Achaicae poeta non meminit, quod idem jam Strabo animadvertit, *ὁ δὲ ποιητής*, inquit, *τοῦ μὲν ἐν Ἀχαίᾳ Ὠλένου οὐ μέμνηται*, neque in oculos incurrit, qua re commotus Tantalum in Achaeorum potissimum civitatem retulerit Autesio, quos in Aegialeam demum post Heraclidarum reditum immigrasse inter omnes constat. Verum fortasse Autesio non de Graeciae regione, quae postea obtinuit Achajae nomen, cogitavit, sed de regno Argivo, cujus sedes Argis erat. Fuisse enim traditionem, ut Tantalus Argis regnasse diceretur, ab Hygino cognoscimus, qui Achivorum reges eo ordine, quo in regnum successione pervenisse credebantur, fab. 124. dinumeravit, quorum primo loco Phoroneum, Inachi filium, ponit, eumque excipiunt Argus, Jovis filius; Peranthus, Argi filius; Triops, Peranthi filius; Pelasgus, Agenoris filius; Danaus, Beli filius; Tantalus, Jovis filius; Pelops, Tantali fil., alii. Iidem reges usque ad Tantalum nominantur in catalogo, quem schol. ad Eurip. Orest. v. 920. nobis asservavit. At si hic ordo regum Achivorum confectus est ab antiquis genealogis, nostrae aetatis historici et critici planum fecerunt, quanta licentia illi in stemmatibus proponendis, et, ubi tempora minus convenire viderentur, in nominibus regum fictorum substituendis, usi sint; si a mythologis, hos quidem in errorem inductos esse imperitos verisimile est a poetis, praecipue a tragicis, qui e Tantalidarum fatis argumenta repetiverunt, multaque novarunt.

Praeterea Pausaniae testimoniis Autesionis sententia refellitur, qui lib. V, 13, 4. haec scribit: *Πέλοπος δὲ καὶ Ταντάλου τῆς παρ᾽ ἡμῖν ἐνοικήσεως σημεῖα ἔτι ἐς τόδε λείπεται. Ταντάλου μὲν λιμήν τε καλούμενος καὶ οὐκ ἀφανὴς τάφος,**) *Πέλοπος δὲ ἐν Σιπύλῳ μὲν θρόνος ἐν κορυφῇ τοῦ ὄρους ἐστίν* cf. II. 22, 4., neque rationem inveniri Pausanias putat, cur Tantalus patria relicta in Peloponnesum se contulisse credatur.

Si igitur Autesionis testimonium in suspicionem vocatur, omnino rejicienda erunt, quae Mythographorum latinorum lib. II, 102. ed. Bode et III, 6, 21., quo posteriore loco prior ampliore interpretatione explanatur, a grammatico nescio quo referuntur, Tantalum Corinthiorum regem fuisse. Utriusque enim scriptoris communis est fons Servius, qui Tantalum ad Aeneid. VI, 603. ed. Lion. Corinthiis regibus adgregat, aut memoria lapsus, aut quod parum cautus in errorem inductus est a Pausania. Is enim lib. II, 22, 2. literis tradidit, se Argis vidisse basin aeneam Dianae, Jovis Machanei et Minervae simulacris suppositam, famamque fuisse in *χαλκείῳ* isto Tantali ossa condi. Utrum vero iste Tantalus Thyestae filius fuerit, an Broteae, Pausanias, cum ne popularis quidem opinio certi quid sequeretur, decernere non audet, id unum monens, ejus, quem Jovis filium perhiberent, sepulcrum se vidisse Sipyli. Is Broteas quis fuerit, nos non docet, sed lib. III, 22, 4. alterum affert cognominem, quem, procreatum Tantalo, Sipyli rege, antiquissimum Matris Magnae simulacrum Magnesii septentrionalem Sipyli partem accolentes sibi statuisse dicerent. Priorem illum Broteam, cum Clytaemnestram duxisse dicatur, Graecum natione fuisse necesse est; sed nihil obstat, quin in gentem Tantalidarum referatur, si meminerimus, quam eorundem nominum infra eandem familiam repetitio apud Graecos nec nova et usitata fuerit, et filiis aut ab avis aut ab aliis ejusdem stirpis nomina imponerentur, ut Thyestes, ut honor avo haberetur, filium appellavit Tantalum; Tantalus, Niobes filius ab Ovidio Met. VI, 239. dicitur aviti nominis heres. Idque novum argumentum esse videtur, quam multi Graecorum non opinione solum, sed ad veritatem penitus sibi persuaserint, Pelopem cum popularibus ex Asia in Elidem immigrasse, Pelopidasque divitiis opibusque praevalentes potentissima quaeque peninsulae regna occupasse cf. Thucydides I, 9 et Popponis adnotationes. Inde et Peloponnesi nomen, quam Apiam antea appellatam audiverant, et instituta majorum et cultum deorum, et si quae vestigia peregrinitatis earum quidem rerum invenissent, quarum posteris temporibus cognitione Asiae aucta aliquam similitudinem in Lydis Phrygibusve deprehendissent, a priscis illis advenis repetere non dubitaverunt, neque mirum, si nomina Tantalidarum sive barbara sive in sermonem patrium conversa suis heroibus indere coeperunt. Niobes nomen apud Graecos in mythicis quidem non admodum erat inusitatum, nec Tantali a posteritate repudiatum; Spartanum cognominem, nobilissimo loco natum, commemorat Thucydides IV, 57. quem praefectum Thyreae (*Θυρέας*) ab Atheniensibus bello Peloponnesiaco captum scribit, atque Romanis societas et amicitia cum Pelope, Lacedaemoniorum rege, facta

---

*) Hic locus corruptus ex altero loco VIII, 17. *ἀετοὺς μὲν ὀνομαζομένους κυκνίας, μάλιστα εἰκότας κύκνῳ λευκότητα οἶδα ἐν Σιπύλῳ θεασάμενος περὶ λίμνην καλουμένην Ταντάλου* corrigendus est: *λίμνη τε ἀπ᾽ αὐτοῦ καλουμένη*; quid h. l. praebeant editores novissimi Schubart et Chr. Walz, introspicere non potui.

est Livius 34, 32.; tumulos istos, qui multi in Peloponneso, plurimi in Laconia inveniebantur, opinio popularis esse credidit *τάφους τῶν μετὰ Πέλοπος Φρυγῶν* Athenaeus XIV. cap. 21. p. 625. itemque harmoniam Phrygiam et Lydiam per Pelopis comites, qui inter pocula his modis usi, Matris Magnae gloriam celebrassent, in Graecia primum innotuisse Athenaeus l. l. tradit versusque Telestae Selinuntii in suam rem profert. Ex quo testimonio qui concluserit, etiam venerationem hujus Deae et cultum a Pelope ex Asia translatum et in Graecia institutum esse, sententiam fortasse tutabitur iis, quae apud Pausaniam legimus, lib. III, 22, 4. antiquissimum eorum quidem, quae in Peloponneso isti potentissimae Deae simulacra fuissent consecrata, habuisse Acriatas, incolas urbis Laconicae maritimae, dummodo provideat, quomodo Atheniensibus, ingenita naturae mobilitate et novitatis studio ad externas religiones in civitatem excipiendas propensioribus, palmam Matris Magnae prius in Deorum patriorum numerum admissae eripiat, quam iis vindicare videtur Strabo in Theologumenis lib. X. cap. 3. p. 364. ed. st. et obnixe defert Julianus Orat. 5.

Quaerentes, quid domi bellique Tantalus egerit memoria dignum, quidque scriptores de ejus rebus tradiderint, perpauca accepimus documenta, sed quae sufficiant ad probandum, eum omnibus copiis opibusque fuisse ornatum et instructum, ita ut ejus imperio Lydi et Phryges subjecti perhibeantur Athen. XIV. pag. 625, cujus regni fines non angustos Aeschylus constituit in fragmento Niobes fabulae Strabonis industria lib. XII, 8. extrem. nobis asservato, quo Tantalum et agrorum modo ambituque inducit et multitudine pecorum gloriantem

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεκ' ἡμερῶν ὁδὸν,
Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος
Ἴδη τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασι
Βρέμουσι μήλων, πᾶν δ' ὀρεχθέει πέδον.

Atque cum eas potissimum regiones incoluisset, quas geographi in fertilissimis uberrimisque numerant, factum est, ut cum Mida et Croeso in ditissimorum et opulentissimorum numero hominum poneretur, eorumque divitiae in proverbii consuetudinem venirent, quod proverbium in versus formam redegit Philemon

Κροίσῳ λαλῶ σοι καὶ Μίδᾳ καὶ Ταντάλῳ

Eustath. Od. p. 1701, 6. et cf. Bergk p. 691. Nro. 128. ut soluta oratione proverbii loco dicuntur *τὰ Ταντάλου χρήματα* Plat. Euthyph. p. 11. D. ubi Socrates *ἐβουλόμην*, inquit, *ἄν μοι τοὺς λόγους μένειν καὶ ἀκινήτως ἱδρῦσθαι μᾶλλον ἢ πρὸς τῇ Δαιδάλου σοφίᾳ τὰ Ταντάλου χρήματα γενέσθαι.* Unde inter aequales gloria, dignitate et potentia eminuit, quae plerumque divitiis copiisque proveniunt; cf. Diod. IV. 74. *πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ διαφέρων.* Praeter has opes a Philostrato laudatur benevolentia studiumque, quo amicos prosequebatur, unde alterum est repetitum proverbium *ἡ Ταντάλου φιλοτησία πινέσθω.*

Diodorus l. l. scribit: *ὁ Τάνταλος μισηθεὶς ὑπὸ τῶν θεῶν ἐξέπεσεν ἐκ Παφλαγονίας ὑπὸ Ἴλου τοῦ Τρωός*, quibus cum verbis congruunt: *ὁ Τάνταλος δὲ οὗτος πόλεμον ἐσχηκὼς μετὰ Ἴλου τοῦ κτίσαντος τὸ Ἴλιον τὸ ἐπὶ Τροίας καὶ φοβούμενος τὴν ἧτταν ἐπέτρεψε τῷ Πέλοπι τῷ ἰδίῳ παιδὶ λαβόντι χρήματα ἀπᾶραι ἐπὶ τὴν ἤπειρον κ. τ. λ.* Nonni narr. ad Greg. Mythogr. Westerm. p. 380., sed pugnant ea, quae Pausanias contraria narrat lib. II, 22, 4. Ilum bello illato non Tantalum, sed Pelopem regno ejecisse, ita ut secundum Pausaniam, cum etiam sepulcrum

ejus ad Sipylum montem vidisse affirmet, vitam certe ab hostium incursionibus tutam quietamque degisse conjectura assequi liceat. Qui vero patrem, non Pelopem cum Trojanorum rege conflixisse belloque dimicasse statuerunt, ii discordiarum bellique causas repetivisse videntur a Ganymedis raptu, quem a Tantalo esse factum Mnaseas commemorat in Schol. ad Il. v. 234. *Μνασέας δέ φησιν ὑπὸ Ταντάλου ἡρπάσθαι καὶ ἐν κυνηγεσίῳ ἀναιρεθῆναι (πεσόντα ταφῆναι ἐν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ὀλυμπίου Διός)* cf. Eustath p. 1205., ubi praeterea legimus, Tantalum mortis occultandae et dissimulandae patrisque fallendi causa tristem nuntium perferendum curasse, Ganymedem procellis nubeque e hominum conspectu esse sublatum. Ejusdem belli meminit Tzetzes in schol. ad Lycoph. ad v. 355. p. 556., cujus verba transscribere liceat: *ἕτερος δέ τις ἱστορικὸς οὕτω λέγει κληθῆναι τὸν τόπον (Πεσινοῦντα) ἀπὸ τοῦ πολλοὺς ἐκεῖ πεσεῖν ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, ὁπότε διὰ τὴν ἁρπαγὴν Γανυμήδους ἐμάχοντο Τάνταλος, ὁ ἐραστὴς Γανυμήδους, καὶ Ἶλος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ.* Quod vero Diodorus l. l. addit, Tantalum regno excidisse Deorum invidia, jam admonet tum mythorum, tum poetarum consuetudinis exemplis impiorum propositis animos mortalium commovendi, quae figmenta nobis propositum est a veritatis simplicitate secernere. Suspicarer Pandarei historiis, quibus Tantali Niobesque sors a multis implicatur, aliquid veri substratum, neque ab auctore nescio quo fictum et divulgatum esse, Pandareum e templo Jovis Cretensi simulacrum quoddam magni pretii surreptum regi Lydio commisisse. V. schol. ad Odyss. *τ*, 518. et Eustath. p. 1874, 40. Antonin. Liberal. in Transformat. XXXVI. Westerm. p. 233., neque, quod Tantalus ad se quid esse delatum pejerans negabat, cum reposceret, recepisse, nisi hanc fabulam, qualis certe nobis a scholiastis et mythographo isto recentiore tradita est, nulla antiquitatis vestigia exhibere pro certo haberi necesse esset. Sed summa, cum illis testimoniis in varias vel potius contrarias partes de Tantali rebus ducamur, scriptorum consensio est, Sipylum urbem terrae et motu et hiatu interiisse, ita ut ne vestigium quidem exstaret, ejusque loco emersisse stagnum, idque, quod maximi esse puto momenti ad hunc mythum explicandum, Tantalo regnante. Strabo enim de situ et natura locorum circa Sipylum disserens, regionem, quam dicunt *Κατακεκαυμένην* i. e. exustam, solem orientem versus sitam quingentorum stadiorum in longitudinem et quadringentorum in latitudinem patentem commemorat, quae nullis arboribus, nisi vitibus consita, cineribus tecta, nigri coloris ut ex incendio, ejus quidem judicio, evidentissima ignium subterraneorum signa praebebat. lib. XIII. cap. IV. p. 155. ed. st. His signis addit lib. XII. cap. 8. p. 76. ed. st. alia, quae magis sub sensum cadunt. Namque Philadelphia urbs, quae isti regioni adjacet, ne muros quidem firmos tutosque habet, quippe qui singulis diebus tremant rimasque ducant; Apamea, Mithridate regnante, motu terrae concussa tantum fecit damnum, ut regis sumtibus reficeretur. Sed maximus terrae motus memoria hominum erat Tiberii Caesaris principatu, duodecim urbibus Asiae una nocte prostratis Plin. N. H. II, 86, in quarum numero refert Strabo l. l. praeter alias Sardes et Magnesiam ad Sipylum. Inde auctoritatem habere videtur Democlis testimonium, quod quidem Strabo invenit in Demetrii Scepsii voluminibus, olim Lydiam, Joniam totumque tractum, qui usque ad Troadem pateret, contremuisse maximis terrae motibus, *ὑφ᾽ ὧν* (sc. *σεισμῶν*) *καὶ κῶμαι κατεπόθησαν καὶ Σίπυλος κατεστράφη κατὰ τὴν Ταντάλου βασιλείαν, καὶ ἐξ ἑλῶν λίμναι ἐγένοντο. τὴν δὲ Τροίαν*

ἐπέκλυσε κῦμα. Strabo I. cap. 3. p. 92. ed. st. Atque, ne quid desit ad persuadendum, totam argumentationem Strabonis verbis concludamus καὶ τὰ περὶ Σίπυλον δὲ καὶ τὴν ἀνατροπὴν αὐτοῦ μῦθον οὐ δεῖ τίθεσθαι lib. XII, 8, p. 76. ed. st. Idque confirmat Plinius N. H. II, 93. cum dicit: Devoravit (sc. terra) Sipylum in Magnesia et prius in eodem loco clarissimam urbem, quae Tantalis vocabatur; item lib. V. c. 31. p. 332. ed. st.: Interiere — Daphnus et Hermesia et Sipylum, quod ante Tantalis vocabatur, caput Maeoniae, ubi nunc est stagnum Sale, quo loco ducti interpretes criticique corruptum Pausaniae locum VII, 24, 7. huc pertinentem emendabunt, quem, qualis nunc exstat, integrum apponam. Τοιοῦτό γε δὴ κατέλαβεν καὶ ἕτερον τὴν Ἰδέαν ἐν Σιπύλῳ πόλιν ἐς χάσμα ἀφανισθῆναι· ἐξότου δὲ ἡ Ἰδέα κατεάγη, τοῦ ὄρους ὕδωρ αὐτόθεν ἐῤῥύη, καὶ λίμνη τε ὀνομαζομένη Σαλόη τὸ χάσμα ἐγένετο· καὶ ἐρείπια πόλεως δῆλα ἦν τῇ λίμνῃ, πρὶν ἢ τὸ ὕδωρ ἀπέκρυψεν αὐτὰ τοῦ χειμάῤῥου. Kuhnii suasque conjecturas proposuit Facius in editione Pausaniae ad h. l.

Haec fuerunt, quae de Tantali rebus inveniuntur, eaque pro initiis et fundamento habenda esse puto, quibus posteriores totum mythum superstruxerunt. Namque cum ex ultima antiquitate, ad quam Tantali aetas pertinebat, nihil fama, nisi de divitiis immensis et rara felicitate, quae eximio Deorum favore hominibus dari credebantur, ad posteritatem pertulisset, et urbem, quae fuisset sedes regia, maximis terrae motibus dirutam esse constaret; hoc quidem idoneum videbatur mythis fingendis argumentum, neque, ut opulentiam ejus a Deorum gratia repetere, ita calamitatem detestabilem interitumque abominandum Diis iisque iratis adscribere alienum erat. Haec prima mythi conformatio et figura. Quae cum, extremis principio connexis, semel exstitisset, connexus vero, nisi interjecta causarum serie, cogitatione percipi non posset, quid tandem obstabat, quominus Graeci homines, et ad excogitandum acuti et ad explicandum ornandumque uberes, ingenii mobilitate adjuti, totam istam causarum seriem, quae complendi explicandique causa mediae intercederent, perfacile et sine negotio invenirent, id unum videntes, ne causarum gravitas, quam invidia iraque Deorum, in quam Tantalus incurrisset, inferior esset, neve poenae culpa superarentur? Idem fere de ortu hujus fabulae contendit Dissenius in adn. ad Pind. Ol. I. p. 15. Fuit Tantalus, inquit, rex dives et felix, unde a Diis dicitur mirifice dilectus; postea vero, urbe regia deleta, excogitatae fabulae de superbia et poenis ejus. — Qua in re liberum quisque fingendi arbitrium habebat, quoniam Tantali persona spissis antiquorum temporum tenebris tecta et involuta, nec loco excelso et illustri in hominum conspectu posita, aliqua tantum parte luminibus iisque dubiis collustrabatur, ita ut eam cuique, qualem vellet, conjectura informare liceret, nec, si quis imaginem orationis coloribus adumbrasset aliisque proposuisset expressam, periculum esset, ne creduli fidem non haberent, dummodo simulacrum illud aliquam certe similitudinem earum rerum referret, quae in Tantalum caderent et convenirent. Nam qui ejus fata animo comprehendissent, iidem certas quasdam et constitutas notiones cum eo conjunxerunt, tum divinae benevolentiae ac favoris, quo ad summum humanae felicitatis fastigium evectus esset, tum poenarum, quibus affici necesse esset eos, qui, ut ille, abusi beneficiis Deorum contra divina et humana jura deliquissent. Ethicam igitur, quam dicunt, sententiam hoc mytho exprimi voluerunt, iique, qui hanc fabulam excogitaverunt, id quod volebant, tantopere assecuti sunt, ut, semel fun-

damentis jactis, epici, lyrici, tragici poetae optimo quisque ingenio ad hunc illum mythi locum explanandum accesserint; ut scriptores, qui lumina et ornamenta orationis a poetis mutuari consuerunt, multa in suam rem converterent, et denique proverbiorum inde repetitorum usu in omnium Graece loquentium ore versaretur. Nihilque causae est, quam ob rem miremur, tam multos, eosque doctrinae studiis et sapientiae deditos, ad fabulas suam prudentiam et intelligentiam potissimum contulisse, cum intellexissent, quid omnino fabulae ad animos cohibendos aut impellendos, ad mores moderandos, ad totam vitae humanae rationem instituendam valerent. Namque, ut Dissenii verbis et a venustate ornatissimis et a veritate indubitatis utar, fabulae de Diis et heroibus continent, quidquid illustre, praeclarum, excellens populus Graecus excogitaverat; hic summa exempla fortitudinis, pietatis, justitiae, moderationis expressa sunt, hic felicitatis rarae et favoris Deorum; hic scelera impiorum dignissimis poenis coercita et felicitate eximia graves calamitates videmus compensatas; in fabulis fata aeterna gentium et urbium conspicua; fabulae sunt divinarum et humanarum rerum pulcherrima et sanctissima imago; ad quam imaginem, (hoc enim addo, ut Dissenii sententiam absolvam) quisque, qui quidem sensum fubularum perspectum haberet, suam ipsius vitam revocare poterat.

Ac primum monendum est, orationem, qualis in mythis usurpetur, proxime ad poetarum usum accedere variisque tropis distingui, quod mythorum auctores ad symbolicam cogitandi et loquendi rationem inclinabant. Inde si Tantalus in prosperis rebus et ad voluntatem ejus fluentibus maxima cum aequalitate vitam degisse perhibetur, si otiosam nulloque malorum interventu turbatam, si qualem Diis concessam veteres opinione perceperant; nulla religio impediebat, quominus eum iisdem mollibus delicatisque voluptatibus perfunderent, quibus Superi fruerentur, atque eum, qui modum sortis humanae excessisset, proxime ad deorum naturam accedere putarent; nihil jam prohibebat, quo minus Deorum ipsorum epulas iniret, sodalis et conviva in conviviis adesset cf. Horat. Od. 1, 28, 7. et adn. Mitscherl., nectar et ambrosiam gustaret, commercium cum Superis haberet, denique consilia divina cum eo communicarentur. Iique, qui ejus felicitatem depinxerunt, hos poetarum colores sumserunt. Nam Pindarus, cujus primo carmine Olympico plenissimum, quod literis exstet, testimonium Tantali rerum continetur, hac simplici sententia favorem, quo Tantalum dii prosequebantur, significavit versu 54,

εἰ δὲ δή τιν᾽ ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ
ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος.

sed versu 36. jam his pigmentis utitur:

υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ᾽ ἀντία προτέρων φθέγξομαι,
ὁπότ᾽ ἐκάλεσε πατὴρ ἐς εὐνομώτατον
ἔρανον ἐς φίλαν τε Σίπυλον,
ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων.

Atque ex illis versibus 60 sqq.

— — ἀθανάτων ὅτι κλέψαις
ἁλίκεσσι συμπόταις

νέκταρ ἀμβροσίαν τε
δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
θέσσαν.

apparet, qua potione et quo cibo sitim famemque depulerit is,

Cui licuit soli Superorum tangere mensas
Ovid. Metam. VI, 173.

Eoque honore dignum habuerunt διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ πατρὸς Διὸς εὐγένειαν Diodor. Sicul. IV, 74. vel διὰ σωφροσύνην Tantali, ut tradit Agatharchides in Photii biblioth. Bekk. p. 443, 10. a.

Sed secundis rebus effrenatus, exsultans sibique praefidens, quod rerum humanarum imbecillitatem varietatemque fortunae non perspexerat, fastidio et superbia elatus majora concupiscere, jus et fas omne delere coepit. Id quod suo more significavit Pindarus Ol. 1, 55 ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη· et poetico flore coloreque detracto Diod. IV, 74. ὕστερον δὲ τὴν εὐτυχίαν οὐ φέρων ἀνθρωπίνως· et scholiasta ad Od. λ. 582. Τάνταλος, Διὸς καὶ Πλουτοῦς, συνδιατρίβων τοῖς θεοῖς καὶ συνεστιώμενος αὐτοῖς ἀπλήστως διετέθη.

Luxuriam vero, libidinem ingentemque cupidinem nullis finibus coercitam, quae omnium rerum copia et affluentia pariuntur, poetae commemorant, cujus rei testimonium, quod literis exstet, omnium antiquissimum, suppeditat Athenaeus VII. cap. 14. p. 281., quod multas ob causas cum sit gravissimum, ad verbum transscribam: Φιλήδονον δ' οἱ ποιηταὶ καὶ τὸν ἀρχαῖόν φασι γενέσθαι Τάνταλον. Ὁ γοῦν τὴν τῶν Ἀτρειδῶν ποιήσας κάθοδον, ἀφικόμενον αὐτὸν λέγει πρὸς τοὺς θεούς, καὶ συνδιατρίβοντα ἐξουσίας τυχεῖν παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσασθαι, ὅτου ἐπιθυμεῖ. Τὸν δὲ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις ἀπλήστως διακείμενον, ὑπὲρ αὐτῶν τε τούτων μνείαν ποιήσασθαι καὶ τοῦ ζῆν τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς θεοῖς. cf. Eustath Od. p. 1700, 48. Eaque culpa, quod Deorum instar vitam degere a patre petivit, antiquissimae minusque perfectae mythi conformationi maxime convenire videtur. Quod desiderium, ex arrogantia et nimia acquirendi cupiditate profectum, quanquam reprimendum et coercendum erat, tamen poenae, quibus Tantalum affici credebant, majores, quam culpa, esse videbantur. Quo factum est, ut culpae augendae causa in eum probra, flagitia, scelera cumularentur. Inde primum inventa est fabula de Pelopis coctione. Creuzer symb. 1. p. 85. de ortu et origine mythorum disserens etiam sermone singulisque verbis quasi semine quodam nonnunquam mythos progerminare praecipit, cum dicit: die Sprache selbst wird eine fruchtbare Mutter von Göttern und Helden. Bildlich und sinnbildlich, wie sie war, musste sie unter einem andern Volke und in einiger Zeitferne oft ein sehr fremdartiges Ansehn erhalten, und das Missverstandene ward in einem erklärenden Mythus ausgeprägt. So ward etwa die elfenbeinerne Schulter des Pelops, ursprünglich nur ein lobpreisendes Epitheton, in eine seltsame Sage von der Frevelthat des Tantalus umgedeutet; und Pindarus, der jene mit seinen würdigeren Begriffen von der Gottheit nicht zu vereinigen weiss, sucht diesem Sinne auf eine andere Art auszuweichen, die hinlänglich zeigt, dass zu seiner Zeit schon der Schlüssel zur wahren Erklärung derselben verloren war. Illa priora fortasse recte contenderit, sed, qua ratione Pindarus hunc mythum tractaverit, hac de re praeter alios Dissenius probabiliora docet.

Altius evehitur Voelckeri conjectura, mythum Pelopis non e Lydia repetentis (die Mythologie des Japetischen Geschlechtes pag. 351 seqq.), sed priscis illis planissimas quasque et maxime fluminibus lacubusque irrigatas regiones incolentibus Pelasgis adsignat. Nam cum, agris colendis vitam sustentantes, Deos agrestes, eorumque in numero Cererem et Proserpinam, maxima religione coluissent; inde factum, ut, quod harum dearum appellatio potentissimarum identidem in sacerdotalibus Pelasgorum mythis recurreret, etiam in Pelopis fabula primae partes Cereri darentur. Pelopem vero, cujus nomen ab ἕλος, quo non paludes solum, sed planities ad flumina sitae significentur, derivat, subtili magis, quam probabili argumentatione eundem esse concludit et Neptunum Equestrem, cujus fuerit duplex vis et notio, ut et navigantes tueri, mariumque imperium tenere, et aquarum viribus humoreque ad procreandum necessariis fertilitatem non adjuvare, sed efficere, muneraque succepisse crederetur Neptuni et γενεσίου et γενεθλίου et φυταλμίου p. 162 seqq. Cum igitur Ceres Pelopis humerum commedisse, Clotho autem membris in lebete coctis, puerum renovata pulchritudine praeditum protraxisse tradatur, consequens esse, ut Ceres humerum devoraverit crudum sive incoctum. Qua in re ὠμοφαγεῖν, ὠμοθετεῖν, ὠμόσιτος esse usurpata, quibus iisdem vocibus inesse mysticam significationem Dionysii-Zagrei comesi arbitratur. Sicut igitur Dionysius, cum Demeter cocti membra collecta rursus conjunxisset, recens secundo partu esset editus, ita Poseidonem-Pelopem, in terrae i. e. Cereris gremio receptum, iterum procreari validiorem et renovatae pulchritudinis splendore ornatum. Docemnr etiam Nioben non aliam esse, quam Demetrem; hisque propositis, totam argumentationem in hunc modum concludit, ut Pelopis et Niobes nominibus dicat elementa ista principalia humidorum et solidorum indicari, quibus mundus sit confectus. Namque quod sacerdotes illi Pelasgi praecepta per ambigua symbolorum involucra atque integumenta prudentissimo cuique perspicienda tradere consuessent, duo illa terrae et aquae elementa tum mariti et conjugis, tum fratris et sororis, tum parentum et liberorum necessitatibus et conjunctionibus indicari voluisse. Cum vero gravitas sacerdotum illorum atque auctoritas evanuisset, nec jam mythologia, quam proposuissent, animo et scientia hominum comprehenderetur, Graecos symbolis parum intellectis, qua fuissent levitate et ingenii mobilitate, et heroicam historiam affinxisse, et bella continua substituisse, et si quid aliud vellent. Itaque esse factum, ut Graeci gravibus seriisque, quae in Pelopis mytho inessent, rebus in jocum conversis, cum per lasciviam crudi (ὠμός) notionem in humerum (ὦμος) vocum similitudine traduxissent, mira ista de Pelopis humero eburneo figmenta ad omnium oblectationem protulerint.

Hoc quidem in incerto relinquam, utrum ab hac ludicra ingenii exercitatione, an, ut idem Voelckerus arbitratur p. 358., quod Eleorum consuetudo et institutum perantiquum erat, ut virgines senae denae quinto quoque anno in memoriam Pelopis Hippodamiaeque conjugio junctorum et in Junonis Pronubae honorem in cursus certamen et quidem dextris humeris nudatis descenderent, Pausan. V, 16, 2 seq., an a nativo scapularum candore et coloris significatione, an ab alio quodam humeri signo iste mythus originem duxerit; nec pertinaciter contenderim, auctores fabulae humerum ebore splendentem ita intellexisse, ut Anacreon eburneam puellae frontem intelligi voluit, quam pictorem praeter alia formositatis indicia coloribus depingere jubet festivo lepidoque isto carmine εἰς κόρην. (Bergk. carm. 15. v. 10. p. 707.)

γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς
ὑπὸ πορφυραῖσι χαίταις
ἐλεφάντινον μέτωπον.

Namque latentes occultasque earum rerum causas investigare et persequi difficile est, nec operae pretium. Accedit quod veteres alii alia signa fuisse tradunt. Scholiasta ad Pind. Olymp. 1, 37. *Τούτου* (sc. *τοῦ Πέλοπος*) *φασὶ καὶ ὑπόμνημα τοὺς Πελοπίδας φέρειν λευκότητά τινα κατὰ τὸν ὦμον· τὸ ἐπὶ τοῦ ὤμου τοῦ Πέλοπος οἱ μὲν λευκὸν ὡς διὰ τὸν ἐλέφαντα ἔφασαν, οἱ δὲ λόγχην ἐπὶ τὸν βραχίονα, οἱ δὲ ἐπὶ τὸν ἀριστερὸν βραχίονα Γοργόνα, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς ὠμοπλάτης τρίαιναν μαρτυροῦσαν αὐτῷ τὸν τοῦ Ποσειδῶνος ἔρωτα.* cf. schol. ad 38. et Tzetzes ad Lycoph. v. 152. p. 411. ed. Mueller *ἀντὶ δὲ τῆς βρωθείσης ὠμοπλάτης ἐλεφάντινον ὀστοῦν ἔθεντο, ὃ κατὰ γένος τοῖς Πελοπίδαις ἐτύγχανε γνώρισμα, καθάπερ καὶ τοῖς Σπαρτοῖς ἡ λόγχη.*

Id vero pro explorato habetur, ante Pindari tempora fuisse divulgatum et creditum, Tantalum, cum Deos Sipyli, in regni sui sede, hospitio excepisset, ut eos tentaret, vel, quod postea minus apte excogitatum est, ut amorem et reverentiam ostenderet (cf. Nonn. in mythograph. ed. Westerm. p. 380. LVII. et Tzetz. ad Lycoph. v. 152., qui de Pelope Diis sacrificato dicit), filii membra dissecta coctaque apposuisse comedenda. Ex scholiis ad Pindari Olymp. 1, 37. et 38. comperimus, reliquis Diis, quod Tantali dolum sensissent, abstinentibus, unam Cererem (aut Thetin), cum ejus animus recenti filiae omissae luctu afflictus fractusque esset, insciam et inopinantem Pelopis humerum comedisse. Tum Mercurium Jovis jussu membra collecta in lebete recoquisse, et quod sinister humerus deesset, ebore supplevisse, Pelopem vero vivum et integrum exiisse cf. Nonn. l. l. Tzetzes ad Lycoph. 152. p. 410. Mueller, Hygin. fab. 82. et 83., Servius ad Virgil. Aeneid. 603. et ad Georg III, 7. Mythogr. latin. ed. Bode 1, 12. II, 102. III., 6, 21.

Cujus fabulae auctor nominatim dicitur in scholiis Pindaricis nullus, nisi quod *τοῖς ἱστορικοῖς* i. e. iis, qui traditiones illas literis consignatas memoriae tradiderunt, quodammodo vertitur vitio, quod fabulosa affinxerint *λόγος τις τοῖς ἱστορικοῖς ἐπὶ τὸ μυθικώτερον πέπλασται, ὡς οἱ θεοὶ ἐπὶ ἑστίαν ἐκάλεσαν τὸν Τάνταλον* etc.; neque ad quemquam retulerunt auctoritatem Mythographi, quos consulere mihi licuit, Palaephatus, Antoninus Liberalis, Nonnus, Tzetzes, non magis quam latini, Hyginus et Servius, Virgilii interpres, iique, quorum opera ex oblivione protraxit Majus Italus et Bode edidit anno 1834. Sed quod Bacchylides a Rhea Pelopem ex lebete igni imposito in vitam revocatum cecinisse perhibetur, eum totam fabulam non tantum comprobasse, sed etiam lyrico carmine tractasse probabile est; quanquam ne id quidem testimonium ultra Pindari tempora procedit. Quod in ista Pelopis *κρεουργίᾳ* a certo Deo repetitur, id generatim Diis adscribitur. EM. 279, 16. *φησὶ γὰρ μετὰ τὴν κρεουργίαν οἱ θεοὶ τὸν Πέλοπα ἀνεζωοποίησαν.* et in schol. ad Pind. Ol. 1, 38. *ἐμβαλόντες οὖν αὐτὸν οἱ θεοὶ εἰς λέβητα καὶ ὁλόκληρον αὖθις συμπήξαντες, ἐπεὶ ὁ ὦμος ἀπῆν, ἐλεφάντινον ἀντέθηκαν.* itemque Nonnus Westerm. p. 380. LVII., quibus testimoniis redarguitur Voelckerus, p. 352. contendens, Pelopem semel esse coctum. Ceterum de Cerere testatur etiam Lycophron Cass. v. 152. seqq. de Pelope hos versus, ut ambigua quaedam oracula, edens:

Οὗ πάππον ἐν γαμφαῖσιν Ἐνναία ποτὲ
Ἕρκυννα Ἐριννὺς) θουρία ξιφηφόρος*
*ἄσαρκα μιστύλλασ' ἐτύμβευσεν ταφῷ**)*
τὸν ὠλενίτην χόνδρον ἐνδατουμένη.

His in medium prolatis, quaestio oritur, quid Pindarus de nefasta illa Pelopis discerptione resciverit, quodque judicium fecerit. Nam cum interpretes recentiores, antiquos illos secuti, constituissent, Pindarum versibus 25—28,

τοῦ μεγασθενὴς ἐράσσατο γαιάοχος
Ποσειδᾶν, ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε Κλωθώ,
ἐλέφαντι φαίδιμον ὦμον κεκαδμένον.

primum fabulam communem et vulgarem enarrasse, tum, pietate Deorum permotum, sua substituisse meliora, litem intendit Dissenius alia loci interpretatione proposita.

Ac primum res controversa et plena dissensionis inter doctos, cur Clotho introducta sit. Boeckhius in Comment. pag. 593. ei Pelopem humero eburneo suppletum protrahendi munus adsignat, neque verba

ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε Κλωθώ,
ἐλέφαντι φαίδιμον ὦμον κεκαδμένον,

aliter intelligi posse contendit, nisi ut Clotho discerpta Pelopis membra in lebete rursum composuerit, humerus autem a Cerere consumtus fuerit. Comment. p. 593. Dissenius vero non lebetem coquinarium intellexit, sed pelvim, in qua infans recens a partu lotus esset, et Clotho commemoratam esse, quod Parcae in partu puerorum in primis eorum, quos illustres egregiosque fore praevidissent, praesentes adesse crederentur; inde isto loco significari, Pelopem inde ab aetatis principio acceptum et amatum Neptuno fuisse. Itaque orationem procedere: Vicit Hiero in nobilissima colonia Pelopis, qui a Neptuno amatus est inde a prima infantia, cum Clotho recens natum e lebete sustulisset eburneo humero splendentem. Sunt mirae res multae, atque in his interdum etiam ultra veritatem quaedam exornata fallunt; ut nunc in Pelopis fabula verum miraculum humeri eburnei falsis commentis auctum et super veritatem ornatum est. Ego vero dico, ab invidis excogitatam coctionem, cum puer, a Neptuno in coelum sublatus, ex hominum conspectu evanuisset. Dissen. Comment. in Pind. carm. pag. 10 seq. Eamque narrandi rationem et arti lyricae, exspectationem quam diutissime suspensam tenenti, maxime convenire, neque a Pindari consuetudine abhorrere, qua in singulis carminum partibus disponendis utatur, ut primum ponat id, quod est (ut nostro loco: humerum ebore splendentem Pelopi esse innatum), tum explicet, et confirmet. Cum vero id consilium et institutum poetae fuisset, ut Hieroni Syracusarum tyranno, qui eo tempore in summo honoris, gloriae, fortunae fastigio collocatus, superbia exsultare inceperat, exempla insignia regum, alterius a Diis amati, alterius propter superbiam puniti, proponerentur, quo Tantalus et Pelops tyranno Syracusano similiores essent, omnia omisisse, quae essent abominanda, foedam pueri coctionem et istam Deae *γαστριμαργίαν*. Quae poetae pietas et stu-

---

*) *Ἐνναία, Ἕρκυννα, Ἐριννύς* sunt epitheta Cereris.
**) *ἐτύμβευσε τάφῳ* i. e. commedit.

dium Diis immortalibus optima quaeque adscribendi in primis elucet versu 35.

ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά· μείων γὰρ αἰτία.

Pindarus igitur, cum crimen illud foedissimum, utpote ab invido vicino fictum, a Tantalo removisset, substituit culpam aliam, ab immanitate liberam et vacantem, sed qua non minus impietas et ingratus animus, quam superbia ejus ostenderetur, quod nectar et ambrosiam, clam e Deorum convivio sublata, humanis sodalibus impertiisset. Ejusque figmenti auctorem fuisse Pindarum, ex schol. ad Eurip. Orest. v. 10. suspicor *εἰ γὰρ μετέδωκε τῆς ἀμβροσίας κατὰ τὸν Πίνδαρον τοῖς βροτοῖς·* i. e. si Euripides in culpa Tantali constituenda Pindari sententiam esset secutus etc. idque confirmat Tzetzes Chiliad. V, 465., Tantali fabulam enarrans,

τὴν ἀμβροσίαν νέκταρ τε παρὰ θεῶν κλέπτων (ἐκκλέπτων?)
διδοὺς βροτοῖς ἡλίκεσσιν, ὁ Πίνδαρος ὡς γράφει.

Pindari auctoritatem num temporum subsequentium lyrici aut tragici secuti sint, ignotum. Namque scholiastae, quibus solis lyricorum locos ad nostram rem pertinentes acceptos referimus, si unum Bacchylidis fragmentum, quo Pelopis coctio significatur schol. ad Pind. Olymp. 1, 37. *ὁ δὲ Βακχυλίδης τὸν Πέλοπα τὴν Ῥέαν λέγει ὑγιάσαι καθεῖσαν διὰ τοῦ λέβητος* exceperis, lyricorum versibus tantum poenam Tantali testatam faciunt. Sed fortasse etiam Alcman, qui Olympiade 27. vixit et aetate Pindaro prior erat, secernendus erit, si Welckero die griech. Tragöd. pag. 8. contendenti, hunc poetam in Tantali fabula tractanda *νόστους* secutum esse, fidem habuerimus *). Is enim Alcmanis versus a scholiasta ad Pind. Olymp. 197. adservatos

ὅπως ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοις ἀλιτρὸς
ἧστ' ἐπὶ θάκας κάτα, πέτρας ὁρέων μὲν οὐδὲν
δοκέων δὲ, quos Bergk. poet. lyric. gr. p. 556. aliter formatos edidit, Athenaei loco VII, 281. b. adhibito, ita interpretatur, ut eos Tantalum repraesentare dicat in Deorum convivium introductum et poenas superbiae cupiditatumque luentem, quod potestate et optione, quid ab Jove peteret, eligendi facta, epulis Superorum interesse cupivisset.

Tragici vero quid earum traditionum retinuerint, quid novaverint, non facile judicare possumus, tum quia fabulae, quarum argumentum rebus Tantali constiterat, aut totae aut maxima ex parte perditae sunt, tum quia neque Asclepiadis *τραγῳδούμενα*, nec librorum Hieronymi Rhodii de poetis ea pars, qua de tragicis egerat, ad nostram aetatem pervenerunt. Antiquissimus, qui ex hoc cyclo mythico argumentum petiit, Phrynichus est, cujus Tantalus fabula constat Welcker die griech. Tragöd. 1. p. 20. Consecuti sunt Aeschylus et Sophocles, tragicorum principes, quorum uterque Nioben fabulam scripsit. Sed ne his quidem fabulis cognominibus adjuvamur, quod totum argumentum in Niobes rebus versatum est, at-

*) Welckerus *νόστους* non intelligit eos, de quibus Franc. Wüllner de cyclo epico 1825 p. 93. et paucis annis post Carol. Mueller de cyclo Graec. epic. pag. 126 seq. egit, quibusque nullo uno verbo Tantali mentio injicitur, sed idem carmen fuisse putat, quod Athenaeus VII, 281, b. auctoris nomine non addito *ἡ τῶν Ἀτρειδῶν κάθοδος* inscriptum affert; eaque titulo *νόστους* aptius meliusque significari arbitratur. cf. der epische Cyclus p. 279.

que quae in Aeschyleae fabulae exitu de Tantalo proferuntur, nihil probant, ut antea demonstratum est, nisi ejus divitias et felicitatem, et, si id etiam addere licet, animum ad sapientiam ex superbia conversum, quod his verbis expressum est:

> *θυμὸς δέ ποτ' ἐμὸς οὐρανῷ κυρῶν ἄνω*
> *ἔραζε πίπτει, καί με προςφωνεῖ τάδε·*
> *γίγνωσκε τἀνθρώπεια μὴ σέβειν ἄγαν.*

fragm. Niob. 1, ed. Schuetz. tom. 2. p. 578. Verum tamen nescio an probabili conjectura assequamur, quid Aeschylus de Tantalo statuerit, si hos versus non solos contemplamur, sed in eo loco reponimus, unde e nexu et comprehensione sententiarum excerpti sunt. Plutarchus enim, postquam in eo libro, quem de exilio scripsit, perangustos fines, ubi domicilium et fortunarum nostrarum sedem collocavissemus, ad tranquille et beate vivendum sufficere monuit, et ne *τὴν εὐδαιμονίαν σχοίνοις καὶ παρασάγγαις* metiremur, neve si ducentorum stadiorum insulam et non quatridui iter ambitu tenentem incoleremus, fortunae injuriam conquerentes doloribus excruciaremur, ita pergit: *τί γὰρ ἡ πλατεῖα χώρα πρὸς τὸν ἄλυπον βίον; οὐκ ἀκούεις τοῦ Ταντάλου λέγοντος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ·*

> *σπείρω δ' ἄρουραν δώδεκα ἡμερῶν ὁδόν —*
> *εἶτα μετ' ὀλίγον λέγοντος·*
> *θυμός δέ ποτ' κ. τ. λ.*

Quae verba si nobiscum reputamus Tantalum ad Nioben liberis amissis quatuordecim ad patrias sedes Thebis revertentem loqui, quae et ipsa nimia rerum humanarum fiducia Deos offenderat, cf. Welcker die griech. Tragöd. I. p. 286 sqq., nihil est, arbitror, quin conjiciamus, Aeschylum, de Tantalo certe Alcmanis opinionem secutum, eum induxisse sobrium et sanum atque modice ex superbia suis fruentem.

Qualem finxerit Sophocles, incompertum; neque magis Niobes fabulae fragmenta cf. Welcker l. l. p. 286—298., quam Atrei et unius aut duorum Thyestarum nobis sunt emolumento et subsidio, neque adjuvaris versu 765. Antigonae, quo loco Tantali meminit et Sipyli. Aeque frustra Euripidis Cressas et Plisthenem fabulas, Ennii Iphigeniam et Naevii fabulam cognominem, Livii Aegisthum, Pacuvii Dulorestem et Thyestem, Attii Agamemnonidas, Oenomaum, Atreum, Pelopidas oculis perlustrabis; neque enim quidquam in fragmentis harum fabularum de Tantali crimine invenies.

Euripides tamen fors tulit, ut satis aperte ostenderet, quid judicaret de Tantali culpa. In Iphig. Taur. v. 375. Matth. Iphigenia sacerdos de immanitate sacrificiorum, quae in Tauris non Dianae lege et instituto, sed prava hominum barbarorum ferorumque consuetudine obtinerentur, querens, coenam istam Tantali feralem a Deorum majestate abhorrere pertinaciter contendit:

> *ἐγὼ μὲν οὖν*
> *τὰ Ταντάλου θεοῖσι ἑστιάματα*
> *ἄπιστα κρίνω παιδὸς ἡσθῆναι βορᾷ,*
> *τοὺς δ' ἐνθάδ', αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους,*
> *ἐς τὸν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ·*
> *οὐδένα γὰρ οἶμαι δαιμόνων εἶναι κακόν.*

Unde perspicuum, eum de immanitate sceleris et Deorum dignitate Pindari similitudinem affectare. Sed quanquam epularum Coelestium participem facit Orest. v. 9. tamen alius criminis, quam cujus insimulavit Pindarus, reum postulat his versibus Orest. 7.

καὶ τίνει ταύτην δίκην
ὡς μὲν λέγουσιν, ὅτι θεοῖς ἄνθρωπος ὢν
κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ᾽ ἔχων ἴσον,
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.

Quo loco permoti interpretes patrii, ex diversis fontibus sua corrivantes, Tantalum *γλωσσαλγίας* arguunt, quod divulgaverit *τοῖς βροτοῖς τὰ τῶν θεῶν ἀπόῤῥητα* schol ad v. 7. Reliqua vero interpretamenta, quibus illa linguae prurigo in maximis ponitur vitiis eam ob causam, *ὅτι πορνεία μὲν καὶ γαστριμοργία καὶ τὰ λοιπὰ πάθη ἔχουσί τι καὶ τερπνὸν, ἡ δὲ γλωσσαλγία καὶ τούτου ἐστέρηται, καὶ ὅτι τὰ μὲν ἄλλα πάθη τὸν χρώμενον βλάπτει, αὕτη δὲ κατὰ τοῦ θεοῦ ὁπλίζεται,* ingeniosis istis sollertibusque scholiastis condonemus, quorum loco ponamus versum poetae, ut videtur, tragici a Cicerone conservatum Tuscul. IV, 16, 35. Quam vim mali, inquit, significantes poetae, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt

Ob scelera animique impotentiam et superbiloquentiam.

Isque unus est locus, quem ad Euripidis exemplum de Tantali culpa expressum inveni. Namque Seneca ad popularem opinionem recurrit Thyest. 144—148., nec fuci parcus est, dicens

Exceptus gladio parvulus impio
Dum currit patrium gnatus ad osculum
Immatura focis victima concidit,
Divisusque tua est, Tantale, dextra,
Mensas ut strueres hospitibus deis.

cf. Ovid. Metam. VI, 404 seqq.

Illud vero Euripideum *ἀκόλαστος γλῶσσα* mirum quantum futilissima quaeque fabricandi et comminiscendi praebuit materiam recentioribus hujus mythi enarratoribus. Nam quod *ἀκόλαστον γλῶσσαν* non superbiloquentiam intelligebant, sed loquacitatem fide et taciturnitate destitutam, secretique alieni prodigam, qua, quae accuratius essent celanda, emanarent; ei crimini dabant, quod *ἐξέδωκε τὰ μυστήρια.* schol. ad Orest. 10. Tzetzes denique Chiliad. V, 444. eum facit Pontificem Maximum (*ἀρχιερέα*), qui, quod, amore generis humani ductus, profanis mysteria communicasset, ut pontificatu se abdicaret, coactus est, idemque in schol. ad Lycoph. v. 152. pag. 411. Mueller oratione pedestri refert *ὁ Τάνταλος εὐλαβὴς καὶ θεοσέπτωρ ἦν ἱερεὺς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τὰ τῶν θεῶν μυστήρια τοῖς ἀμυήτοις ὕστερον εἰπὼν ἐξεβλήθη τοῦ ἱεροῦ καταλόγου·* de mysteriis profanatis etiam Nonnus dicit Westerm. p. 386. LXXIII.

Quibus explicatis, accedo ad originem et causam ejus criminis investigandam, quo arguitur Tantalus, quod, qui vitam in rerum natura cognoscenda consumserit, ad eam audaciam eamque impietatem progressus est, ut Solem, beneficentissimum illum, non Deum, sed lapidem igneum esse diceret. Quod crimen non modo non dubito, quin a nullo poeta, nisi si quis, ut Joannes Tzetzes, nugas aliunde sine delectu congestas et versibus qualibet ratione decurrentibus constrictas, otiosae posteritati legendas tradiderit, carmine aliquo, quod quidem hoc nomine dignum

esset, pertractatum sit, sed etiam non cunctanter affirmo, neque Anaxagorae tempora superare, et totum esse conflatum a grammaticis perantiquis, qui in Euripideis fabulis et Pindari carminibus interpretandis curam atque operam suam posuerint. Quis vero auctor fuerit, hodie ignotum, et in futurum incompertum manebit; id certe verisimile videtur, Didymum, Alexandrinum illum *Χαλκέντερον*, cujus commentarii in Pindarum (*ὑπομνήματα*) pro fundamento schol. Pind. antiquioris meliorisque notae habendi sunt (cf. Boeckh. praefat. in schol. Pind. p. XVII sq.), et a doctrina ornatiorem et a judicio praestantiorem fuisse, quam cui figmentum illud satis insulsum attribui possit. Namque veteris istius scholii ad Pind. Olymp. I, 97., si quid aliud Didymi nomine est dignum, primos versus quindecim ab ejus manu profectos esse puto, quippe quibus contineantur, quae copiam variae eruditionis et specimen judicii subtilis testentur. Quae continuo deinceps sequuntur, a recentiore quodam adglutinata esse probabile est, atque cum tempus, quo orta sint, apertissime indicant, tum argumenta, quibus ad crimen illud Tantali probandum usi sint; quae omnia argumenta a duobus Euripidis locis et a doctrina Anaxagorae petuntur, cujus praecepta physica Euripidem tragoediis immiscuisse contendunt. Cum vero is locus quasi thesaurus esse videatur, unde scholiastae ad Eurip. Orest. v. 971. sua depromserunt, aptus est, ad quem omnem conferamus disputationem, neque indignus, qui totus ante oculos ponatur, ut, qua in re causa nitatur, pateat. Verba haec sunt: *Ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸν πέτρον ἐπὶ τοῦ ἡλίου. τὸν γὰρ Τάνταλον φυσιολόγον γενόμενον καὶ μύδρον ἀποφήναντα τὸν ἥλιον ἐπὶ τούτῳ δίκας ὑποσχεῖν, ὥστε καὶ ἐπαιωρεῖσθαι αὐτῷ τὸν ἥλιον, ὑφ᾽ οὗ δειματοῦσθαι καὶ καταπτήσσειν. Περὶ δὲ τοῦ ἡλίου οἱ φυσικοί φασιν, ὡς λίθος καλεῖται ὁ ἥλιος· καὶ Ἀναξαγόρου δὲ γενόμενον τὸν Εὐριπίδην μαθητὴν πέτρον εἰρηκέναι τὸν ἥλιον διὰ τῶν προεκκειμένων·*

> *Ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας,*
> *Διὸς πεφυκώς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος*
> *Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον*
> *Ἀέρι ποτᾶται, καὶ τίνει ταύτην δίκην.*

Euripid. Orest. v. 4. *καὶ πάλιν δι᾽ ἄλλων βῶλον λέγοντα οὕτως·*

> *Μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ καὶ*
> *μέσον χθονὸς τεταμέναν*
> *αἰωρήμασι πέτραν*
> *ἁλύσεσι χρυσέαις φερομέναν*
> *δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου,*
> *ἵν᾽ ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσομαι*
> *γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ.*

Orest. 971. ex recensione Personi.

Simili ratione scholiastae ad Eurip. Orest. 971. tom. 4. pag. 449. Matth. non tantum istas voces duas *πέτρον* et *πέτραν*, idem hac quidem in re significantes, cf. Porson. ad v. 971. et Lob. Ajac. v. 727., sed etiam *βῶλον* interpretati sunt, ut ipsum solem Tantali in aere pendentis capiti suspensum dicerent: *πέτρον δὲ καὶ βῶλον κατὰ ταὐτὰ εἴρηκεν*, cf. schol. ad v. 974. Matth., idque Euripidem ex Anaxagorae disciplina in scenam Atticam traduxisse. *νῦν δὲ*, inquiunt, *ὁ Εὐριπίδης*

ἰδίως τὸν ἥλιον ἐπηρτῆσθαι λέγει αὐτῷ, διάπυρον ὄντα μύδρον, ὑφ᾽ οὗ καὶ δειματοῦσθαι αὐτὸν ἀεὶ, Ἀναξαγόρᾳ πειθόμενος μύδρον αὐτὸν εἶναι λέγοντι. Neque difficile cognoscitur, Euripidem ex sententia eorum tortuosa et perplexa de natura rerum uno vinculo et catena quadam connexarum philosophemata fabulis inseruisse, et mythicis physica immiscuisse. cf. ead. schol. pag, 449.

Alii verbis magis, quam universa re et tota sententia dissidentes *βῶλον* negant translatum et immutatum esse verbum, sed voce *χρυσέαις* ab *ἁλύσεσι*, quocum conjunxit Euripides, disjuncta, *βῶλον χρυσῆν* proprie dici l a p i d e m a u r e u m: *τινὲς δὲ κυρίως ἀκούουσι βῶλον χρυσῆν ἐπῃωρῆσθαι τῇ κεφαλῇ τοῦ Ταντάλου*, quibuscum consentit Eustathius pag. 1700, 60. uberius explicans in hunc modum: *ἄλλοι φιλόσοφον γεγονότα τὸν Τάνταλον δοξάσαι εἶπον μύδρον εἶναι τὸν Ἥλιον καὶ μὴ σῶμά τι θεῖον καὶ γέμον ἀῤῥήτων δυνάμεων· ὅθεν Ἡλίου χόλῳ τιμωρεῖσθαι λίθου διηνεκεῖ καταφορᾷ, ἠρτημένου χρυσῆς καὶ ὡς εἰπεῖν ἡλιώδους ἁλύσεως. Ἡλίῳ γὰρ ἡ τοῦ χρυσοῦ ὕλη ἀνάκειται, ἵνα περὶ ὃ ἔσφαλτο, ἐκεῖθεν εἴη αὐτῷ ἡ ποινὴ, ἄνωθεν δηλαδὴ καὶ διὰ ἡλιώδους ὕλης καὶ διὰ λίθου, ὃς δὴ ὁμοειδής τις τῷ μύδρῳ ἐστίν.* Sed et ipsi Helium auctorem poenae implicant, tota antiquitate reclamante.

Quae quidem omnia non tam novum crimen Tantali, quam Euripidis accusationem continent. Verum ad istam omnem orationem brevis est defensio. Nam primum, qui ex Euripidis versibus, quos attuli, crimen illud Solis contumelia offensi finxerunt, parum considerate tragico, qui Orestae versib. 8—10 satis aperte poenae causam *γλῶσσαν ἀκόλαστον* indicasset, alieni quid imputaverunt, neque senserunt se, dum hac re vellent Euripidis famam augere, detrectanda spoliandaque dignitate corrupisse. Quis enim credat, eum tantae incuriae, tantae inconstantiae futurum fuisse, ut, dummodo studio ardorique philosophandi et praeceptoris sui placitā fabulis inculcandi liberius indulgeret, una in fabula eadem de re prorsus diversa et inter se pugnantia diceret, idque pleno theatro apud auditores, quorum esset severissimum et acerrimum judicium? Tum ex tota eorum argumentatione manifestum est, eos verbis *ἁλύσεσι χρυσέαις φερομέναν δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου* admonitos in memoriam sibi revocasse Anaxagorae Clazomenii placita physica, et Euripidi etiam hoc loco parum apte accommodasse. Is enim physiologus, quem omnium rerum descriptionem et modum non fato, fortuna, necessitate quadam, sed vi ac ratione designari et confici voluisse Cic. de nat. Deorum 1, 14. et Plut. Pericl. c. IV. tradunt, solem censuit esse ignem vel potius lapidem igneum. Quae Atheniensibus causa erat, cur eum *ἄθεον* et irreligiosum impietatis crimine arcesserent, quanquam ne princeps quidem et auctor hujus praecepti fuerat cf. Plut. de Placit. Philosoph. lib. II. k′ ed. st. tom. 5. p. 263., nec multum aberat, quin morte multassent, nisi intercessisset Periclis auctoritas et prudentia cf. Svid. s. v. *Ἀναξαγόρας* tom. 1. p, 349. Bernh. et Plut. Pericl. 32. De sole quid Anaxagoras praeceperit, testimonia nobis reservarunt Xen. Mem. IV, 7, 7. *ἐκεῖνος (Ἀναξαγόρας) γὰρ λέγων μὲν τὸ αὐτὸ εἶναι πῦρ τε καὶ ἥλιον* et *φάσκων δὲ τὸν ἥλιον λίθον διάπυρον εἶναι·* Suidas l. l. *οὗτός ἐστιν ὁ τὸν ἥλιον εἰπὼν μύδρον διάπυρον, τουτέστι πύρινον λίθον·* scholiastae ad Euripid. Orest. 971., alii, quos interpretes Xenophontis et Suidae afferunt. Atque Euripidem ab Anaxagora disciplinam accepisse, et non modo animum, sed etiam corporis habitum ad praeceptoris praecepta exemplumque instituisse et accomodasse praeter alios exposuerunt Valckenaer Diatrib.

cap. IV, p. 25 seqq. et C. Hasse, qui dissertationem Euripidis, tragici poetae, philosophia quae et qualis fuerit inscriptam ad annales paedagogii Parthenopolitani proponendos anno 1843. edidit; nec minus est notum eum praecepta Clazomenii in tragoedias introduxisse, non ostentationis causa vel ornamenti cujusdam gratia, sed, quod probat Hasse pag. 7., ut innotescerent et probarentur civibus etiam quam plurimis. Quod studium num a tragoediae natura et indole abhorreat, non est, quod hoc loco exponamus; quod vero de sole Anaxagoras praecepisset, eum in tragoedia exposuisse aut certe strictim attigisse, testantur scholiastae, unus ad Hippol. v. 596. tom. 5. p. 468. Matth.: Ἀναξαγόρας οὖν τὸν ἥλιον μύδρον ἔφη, καὶ ἐξ αὐτοῦ πάντα γίνεσθαι· ᾧ ἀκολουθήσας Εὐριπίδης χρυσέην βῶλον αὐτὸν εἴρηκεν. alter ad Apollon. Rhod. 1, 498. Wellauer. Ἀναξαγόρας δὲ μύδρον εἰπὼν τὸν ἥλιον, φησὶν, ἐξ αὐτοῦ πάντα γεγονέναι. Διὸ καὶ Εὐριπίδης γνώριμος αὐτῷ γεγονὼς χρυσέαν βῶλον τὸν ἥλιον εἶπεν· ex quibus testimoniis suspicemur, unum eundemque locum tragoediae cujusdam indicari, cujus praeter haec verba ne titulus quidem exstat. Tertium ejus rei documentum, quod Barnesius et Valckenarius Diatrib. p. 31. in fragmentis ex Euripidis Phaëthonte fabula invenisse sibi visi sunt.

ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει.

cf. etiam Porson ad Orest. v. 971. nunc quidem obliteratum est mutata scriptura; nam apud Strabonem lib. I. c. 2. p. 52. ed. st., cui hoc quinque versuum fragmentum debemus, sic leguntur:

Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.

Sed inter χρυσέαν βῶλον et ἁλύσεσι χρυσέαις φερομέναν — βῶλον quis est, qui non videat quanta sit dissimilitudo? Namque Euripides, si illis verbis ad solem significandum usus est, excusabit et licentiam, quae poetis omnium consensu concedatur ad ornandum, et exemplum praeceptoris, quod sequendum sibi proposuerit. Qui vero etiam hoc loco, de quo agitur, διάπυρον sive λίθον sive μύδρον Anaxagoreum expressum volunt, non recordantur secum, in Tantali causa nihil Euripidem mutasse nisi locum, ubi poenas luere condemnatus esset, saxum vero, quo terreretur, reliquisse integrum. Quod postquam Tantalum in aere pendentem capiti suspensum reformidare in prologo proxime ad prosae orationis simplicitatem accedente breviter docuit; quis eum aegre ferat idem saxum in carmine chorico et lyrico, ubi facultas liberius evagandi datur, quasi pleniore ore circumscripsisse et poetarum more verba fudisse? quis non exspectet et suo jure poscat, ut in ea re diutius commoretur, quam novandi studio Euripides primus excogitaverit neque quisquam ante eum finxerit? Inde nollem Lud. Casp. Valckenarius in Diatrib. pag. 31. grammaticorum sententias comprobasset, et pro veterum scriptorum traditione habuisset ea, quorum nulli produci possunt testes, nisi iidem scholiastae et interpretes, qui modo a me in judicium vocati sunt. Accedit, quod Thom. Magister s. v. βῶλος p. 52, 10. Ritsch. simili ratione lapidem intellexit ἐπὶ δὲ ἁπλῶς λίθου καὶ ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς ἐκφέρειν δεῖ. Εὐριπίδης ἐν Ὀρέστῃ· φερομέναν βῶλον ἐξ Ὀλύμπου.

His igitur argumentis adductus facere non possum, quin rationem in hunc modum concludam, haec omnia superstructa esse versibus illis Euripidis parum in-

tellectis, idemque in Tantalum physiologum valere, quod valeat in Atrei studium, quod in astronomia posuisse tradit scholiasta ad Euripid. Orest. 989. *ἀλλ᾽ ὕστερον πάλιν ὁ Ἀτρεὺς — προςελθὼν ἐπηγγέλλετο δεῖξαι τὸν ἥλιον ἐκ δυσμῶν εἰς ἀνατολὰς τὴν πορείαν ποιούμενον, καὶ τὴν Πλειάδα ὁμοίως εἰς ἀνατολὴν ὁρῶσαν.* Quanquam de Atreo altius hunc errorem serpere video, cum etiam Strabo I. c. 2. pag. 36. ed. st. Polybii rationem mythorum explicandorum sequens, haec scribat: *καθάπερ Δαναὸν μὲν, τὰ ὑδρεῖα τὰ ἐν Ἄργει παραδείξαντα, Ἀτρέα δὲ, τοῦ ἡλίου τὸν ὑπεναντίον τῷ οὐρανῷ δρόμον, μάντεις τε καὶ ἱεροσκοπουμένους ἀποδείκνυσθαι βασιλέας.* Sed etiam ejus rei patet fundamentum, patet sedes. Versus enim ejusdem chori Euripidei 996—1002. fontes sunt, unde Atreus profluxit ad hominum famam et gloriam contemplatione coeli comparatam, non, ut arbitror, voluntate Euripidis, sed commendatione et judicio interpretum illorum, quos interdum *πᾶν, ὅ,τι ἂν ἐπ᾽ ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἴῃ, κελαδεῖν* jam alii animadverterunt. Ceterum Euripides, ut breviter dicam, quid sentiam, illo loco v. 996—1002. non praecipit, ex eo tempore solem ab occasu in orientem moveri coeptum esse, sed de solis defectu loquitur, quem satis apte et artificiose atrocitates et maleficia Atridarum perosum quasi aufugisse, et unde ortus esset mane, eo tenebris orbi terrarum obductis meridie refugisse finxit, ut apparet ex Senecae Atreo fabula, ubi ad eandem rem describendam inde a versu 776 identidem recurrit, ut indicare videtur Tzetzes Chiliad. I, 444 et 451, quanquam is quidem illud prodigium divinitus bis factum credidit, ut denique manifestum est ex Hygini fabula CCLVIII, in qua haec sunt: Atreus vero ei filium epulandum apposuit, quae sol, ne pollueretur, aufugit. Sed veritatis hoc est: Atreum apud Mycenas primam solis eclipsim invenisse. Haec quidem Hyginus. Verum etiam hac de re non minimo mythographum istum errore duci deprehendes, si in memoriam eorum redieris, quae Plinius H. N. II, 9. refert: Apud Graecos autem, inquit, investigavit (eclipsim) primus omnium Thales Milesius Olympiadis XLVIII. anno quarto, praedicto Solis defectu, qui Alyatte rege factus est.

Quoniam emersisse jam ex his vadis, et scopulos praetervectus videor; reliquo cursu quam maxime intentis, ut ajunt, oculis et poenas contemplemur, quibus Tantalum affecerunt, et locum, quo luit condemnatus. At ego hinc afflectam navem et salvam in portu collocabo. Nam vela jam daturo et ad clavum sedenti proreta a sede sua indicat, rectam teneri non posse. Inde egressi *Ἐκβασίῳ* vota solvamus, et cum, impedimentis remotis, Dii marini propitios sese exhibuerint, in altum provehamur, utinam prospero cursu.

C. Nitka.

Schul - Nachrichten.

Erster Abschnitt.

Allgemeine Lehrverfassung von Ostern 1843 bis dahin 1844.

Da der Lectionsplan unverändert geblieben ist, so kann, um Raum für Nothwendigeres zu gewinnen, die specielle Angabe des im Laufe des verflossenen Schuljahres Gelehrten oder Gelernten diesmal unterbleiben, und es dürfte genügen, in dieser Beziehung auf den ersten Abschnitt des Programms vom Jahre 1842 zu verweisen.

Nur in Betreff des Turnunterrichts, welchen die Schüler des Altstädtischen Gymnasiums genossen haben, erscheint eine Bemerkung nicht überflüssig. Seit Beginn des verflossenen Sommerhalbjahres und während des ganzen verflossenen Schuljahres ist unsern Schülern eine Gelegenheit zur körperlichen Ausbildung durch Turnübungen geboten worden, wie sie wol Wenige erwartet, Viele aber gewiss lange gewünscht haben. Durch einen Verein von Männern, zum Theil Vätern von Kindern, welche die höhern Lehranstalten Königsbergs besuchen, ist mit seltener Aufopferung von Zeit und Kräften eine Turnanstalt gegründet worden, welche allen Schülern der städtischen und königlichen höhern Schulen einen zweckmässig geleiteten und sorgfältig überwachten Turnunterricht dargeboten hat. Wenn nun schon gleich mit dem Beginne des vergangenen Sommers eine sehr lebhafte Theilnahme für die nur eben begründete Anstalt sich zeigte, so steigerte sich diese Theilnahme doch noch bedeutend im verflossenen Winter, da durch die Gnade Seiner Majestät des Königs, in Folge gütiger Vermittelung des Herrn Oberprä-

sidenten Bötticher, der grosse Moskowitersaal für die Winterübungen bewilligt worden war. Durch diesen Turnunterricht im Laufe des Winters ist unsern Schülern und mittelbar den Eltern derselben in der That eine Wohlthat erwiesen worden, für welche Eltern und Lehrer nicht dankbar genug sein können, und es erscheint mir als eine dringende Pflicht, allen den edeln Männern, die mit aufopfernder Liebe für die körperliche Ausbildung der Jugend durch Rath und That so eifrig mitgewirkt haben, von Seiten der Schule, der ich vorstehe, den tiefgefühltesten Dank auszusprechen. Mögen die Eltern unserer Schüler auch ferner jener Turnanstalt mit Theilnahme und festem Vertrauen entgegen kommen und bedenken, dass eine solche Anstalt zu ersetzen, wenn sie einmal eingegangen, Nichts im Stande ist! —

Übersicht des Lehrplans während des verflossenen Schuljahres.

Fächer.	Classen und wöchentliche Stunden.							
	I.	II.	III. a.	III. b.	IV. a. b.	V.	VI.	Sa.
1. Religionslehre	2	2	2	2	2	2	2	14
2. Lateinische Sprache	8	9	9	9	9	9	8	61
3. Griechische Sprache	6	6	6	6	5 a. b.	—	—	34
4. Hebräische Sprache	2	2	—	—	—	—	—	4
5. Deutsche Sprache	3	3	3	3	3	5	6	26
6. Französische Sprache	2	2	2	2	—	—	—	8
7. Philosophische Propädeutik	1	—	—	—	—	—	—	1
8. Mathematik und Rechnen	4	4	4	4	4 a. b.	4	4	32
9. Geschichte und Geographie	2	3	3	3	3	3	3	20
10. Naturkunde	2	1	2	2	2	2	2	13
11. Schreiben	—	—	—	—	1	3	3	7
13. Zeichnen	—	—	2	2	2	2	2	10
14. Singen	1	1	1	1	2	2	2	10
Summa	33	33	34	34	33	32	32	240
Durch Combination gehen ab:								14
Wurden wirklich gegeben								226

Vertheilung der Stunden unter die Lehrer, wie sie gegenwärtig besteht.

Lehrer.	I.	II.	III. a.	III. b.	IV. a. b.	V.	VI.	Sa.
1. Ellendt, Director Ordinarius von VI.	6 Griech. 2 Lat. D.	6 Griech.				2 Lat. *)	4 Deutsch.	20
2. Dr. **Legiehn,** Prof. u. erster Oberlehrer.	2 Hebr.	2 Hebr.			2 Religion.	2 Religion.	8 Latein. 2 Religion.	18
3. Müttrich, Prof. u. 2ter Oberlehrer. Ordinarius von I.	4 Math. 2 Phys.	4 Math. 1 Phys.	4 Math.	4 Math.				19
4. D. **Gryczewski,** 3ter Oberlehrer. Ordinarius von V.	6 Latein.				3 Lat. Gr. u. Exerc.	7 Latein.		16
5. Fatscheck, 4ter Oberlehrer. Ordinarius von II.	4 Deutsch u. Philos.	3 Deutsch. 2 Lat. D. 2 Franz.	4 Lat. Pr. 2 Franz.				2 Deutsch Lesen.	19
6. Dr. **Rupp,** Divisions-Prediger.	2 Religion.	2 Religion.						4
7. Nitka, 5ter Oberlehrer. Ordinarius von III.			3 Lat. Gr. 6 Griech. 2 Lat. D.	7 Lat. Pr. u. Gr. 2 Lat. D.	5 Griech. a.			23
8. Dr. **Möller,** 6ter ord. Lehrer. Ordinarius von IV.				6 Griech. 2 Franz.	6 Lat. Lect. 3 Gsch. Ggr. 3 Deutsch.	3 Gesch. u. Geogr.		23
9. Dr. **Bender,** 7ter ord. Lehrer.	2 Gesch. 2 Franz.	7 Latein. 3 Gesch. u. Geogr.	2 Gesch. 1 Deutsch. 1 Geogr.	1 Deutsch. 1 Geogr. 2 Deutsch.				20
10. Dr. **Böttcher,** Schulamts-Candidat.				2 Naturk.	2 Naturk.	5 Deutsch. 4 Rechnen. 2 Naturk.	4 Rechnen. 2 Naturk.	21
11. D. **Bülowius,** Schulamts-Candidat.					5 Griech. b.			5
12. Jänsch, Schulamts-Candidat.					4 Math. b.			4
13. Dr. **Krieger,** Predigtamts-Candidat.			2 Deutsch. 2 Religion.	2 Gesch. 2 Religion.			3 Gesch. u. Geogr. **)	9
14. Lange, Schulamts-Candidat.			2 Physik.		4 Math. a.			6
15. Naumann, Schreiblehrer.					1 Schreib.	3 Schreib.	3 Schreib.	7
16. Stobbe, Maler.			2 Zeichnen.	2 Zeichnen.	2 Zeichnen.	2 Zeichnen.	2 Zeichnen.	8
17. Sobolewski, Cantor u. Musikdirector.	1 Singen.				1 Singen.	2 Singen.	2 Singen.	4
								226

*) Während des Winterhalbjahrs an den Schulamts-Cand. Herrn Dr. Richter abgegeben.
**) Für das Winterhalbjahr dem Schulamts-Cand. Herrn Guenther übertragen.

Einige Bemerkungen über Lehrplan und Schulzucht.

1) Auch im verflossenen Schuljahre ist der Lectionsplan wesentlich nicht geändert worden. Da eine vollständige Trennung der Tertia in zwei Abtheilungen zu Ostern v. J. nothwendig wurde, so mussten die beiden Coetus von Quarta für die meisten Unterrichtsstunden wieder zusammengezogen werden. Nur in der Mathematik und im Griechischen wurden die Quartaner in zwei gesonderten Abtheilungen unterrichtet. Mangel an der nöthigen Räumlichkeit forderte diese an sich sehr bedauernswerthe Oeconomie. Die Haupt- und Residenzstadt Königsberg hat einmal unter andern auch den Vorzug, die schlechtesten Gymnasialgebäude, wenn nicht des ganzen Preussischen Staats, so doch gewiss der Provinz Preussen zu besitzen! Ein trauriger Vorzug! Die vorgesetzten Behörden können leider die endlosen Schwierigkeiten, welche durch ein enges, dunkles, kaltes, dem Zugwinde ausgesetztes, unsauberes Schullocal herbeigeführt werden, nicht in dem Maasse erkennen als diejenigen, welche täglich damit zu kämpfen haben. Sonst müsste eine Veränderung des gegenwärtigen Zustandes namentlich des Altstädtischen Gymnasialgebäudes schon lange eingetreten sein. Sollte man übrigens wirklich warten wollen, bis durch den Einsturz des alten Gebäudes ein Neubau nothwendig wird, wie es der Zufall schon ein Mal während meines Schullebens gütig gefügt hat, so glaube ich die tröstliche Versicherung geben zu können, dass die jetzt Lebenden keinen Phönix aus dem Staube des Altstädtischen Gymnasiums erstehen sehen werden!

2) Gegen die sittliche Haltung unserer Schüler in der Schule ist auch während des verflossenen Schuljahres nichts Erhebliches zu erinnern gewesen. Auch hat sich bei einer ziemlich grossen Anzahl von Schülern der beiden obersten Classen ein recht reges wissenschaftliches Streben gezeigt; was Anerkennung verdient, da bei den so materiellen Richtungen unserer Zeit schon nicht selten der Quartaner oder Tertianer sich fragt, oder zu fragen gelehrt wird, was er für seinen künftigen Beruf brauche, was nicht, und die heidnischen Classiker von mancher Seite her fein und nicht fein angegriffen werden. Namentlich die letztgenannte Erscheinung durfte in einer Gymnasialchronik vom J. 1844 nicht unerwähnt bleiben.

3) Mit den Hebräischen Stunden parallel wurde seit Michaelis vorigen Jahres Privatunterricht im Englischen ertheilt. Es nahmen daran 15 Primaner und 23 Secundaner Theil.

Zweiter Abschnitt.

Verordnungen der Hohen Behörden.

1) Nach einer Declaration des Hohen Ministerium's des Unterrichts wird den Directoren der Gymnasien und der zu Entlassungsprüfungen berechtigten höheren Bürgerschulen der Rang der professores ordinarii an den Universitäten, den Gymnasialprofessoren der Rang der professores extraordinarii beigelegt. K. Pr. Sch. C. 18. März 1843.

2) Es werden Mittheilungen über den Revisionsbericht des Geh. Ober-Reg. Raths Herrn Eilers aus Berlin (welcher im Laufe des Monats Juli v. J. während vier Stunden dem Unterrichte in verschiedenen Classen des Altstädt. Gymnasiums beigewohnt hatte) gemacht. K. Pr. Sch. C. 13. Decbr. 1843.

3) Das Königl. Ministerium des Unterrichts hat unter dem 12. Dcbr. pr. die Anordnung vom 29. Jan. 1835. wiederholt, dass das den Abiturienten nach der Prüfnng zuerkannte Zeugniss rücksichtlich des Urtheils über Fleiss und Betragen abgeändert werden soll, wenn der Abiturient zwischen der Prüfung und förmlichen Entlassung sich über die Schulordnung in strafbarer Weise hinweggesetzt hat. Der Director wird zugleich autorisirt, bei dem feierlichen Entlassungsacte nach Befinden der Umstände die Namen derer, welche nach der Abiturientenprüfung sich nicht ordnungsmässig benommen haben, öffentlich zu nennen. K. Pr. Sch. C. 9. Febr. 1844.

Dritter Abschnitt.

Chronik des Gymnasii.

I. Persönliches. Seit dem Erscheinen des letzten Programm's sind folgende Veränderungen in dem Lehrercollegio des A. G. eingetreten:

1) In Folge des am 3. März 1843 erfolgten Absterbens des emeritirten Prorectors Grabowski rückten sämmtliche Lehrer, zum Theil mit angemessenen Gehaltsverbesserungen, in die nächsthöheren Stellen ein und Herr Dr. Bender wurde als siebenter ordentlicher Lehrer definitiv angestellt.

2) Die achte ordentliche Lehrerstelle ist auf den Antrag des Directors durch Einen Hochlöblichen Magistrat mit dem bisherigen Oberlehrer an der höheren Bürgerschule in Elbing, Herrn Schumann besetzt worden. Herr Schumann, dessen sehr erfolgreicher Wirksamkeit das Altstädt. Gymn. sich früher schon ein Mal zu erfreuen hatte, wird mit dem 1. April in sein Amt eintreten.

3) Mit dem Schlusse des Schuljahres 1842—43 schieden die Candidaten des höheren Schulamts, die Herren Hahnrieder, Dr. Reusch und Rau-

scher aus dem Kreise der Lehrer aus. Sämmtliche Herren haben durch ihren regen Eifer und durch ihre unausgesetzte Thätigkeit der Schule wesentliche Dienste geleistet. Leider ist der Letztgenannte nicht mehr unter den Lebenden! An einem Brustübel erkrankt suchte er Rettung in den Heilquellen von Salzbrunn. Sie sollte ihm nicht mehr werden! Er kehrte kränker nach Königsberg zurück, als er es verlassen, und starb wenige Tage nach seiner Ankunft hieselbst. Wer ihn näher gekannt, liebte und ehrte in ihm den eben so bescheidenen, als gründlich und vielseitig gebildeten jungen Mann. Mit ihm sind sehr schöne Hoffnungen, zu denen er berechtigte, begraben. Have pia anima!

4) Seit Ostern 1843 unterrichteten ausser den ordentlichen Lehrern und den technischen Hilfslehrern die Schulamtscandidaten HH. Dr. Böttcher, Dr. Krieger, Dr. Bülowius, Jänsch und Lange, die drei letzten Behufs Abhaltung des gesetzlichen Probejahrs.

5) Seit Michaelis 1843 sind den Candidaten des höheren Schulamts, Herrn Dr. Richter und Günther einige Unterrichtsstunden übertragen. Sie wollen sich ebenfalls für die Uebernahme eines Lehramts practisch ausbilden.

II. Verschiedenes. Das Sommerhalbjahr 1843 begann am 24. April und wurde am 7. October geschlossen. Das Winterhalbjahr 18$\frac{43}{44}$ nahm am 19. October seinen Anfang und wird den 2. April geschlossen.

Die Abiturientenprüfungen wurden unter dem Vorsitze des Reg.-Schulraths Herrn Dr. Diekmann am 16. October 1843. und unter Leitung des Prov.-Schulrathes Herrn Prof. Dr. Lucas am 18. und 19. März 1844 gehalten.

Am 28. September 1843. starb der Geh. Regierungsrath, Ritter des rothen Adlerordens dritter Klasse mit der Schleife, Dr. Jachmann, auf einer Dienstreise schwer erkrankt, zu Thorn. Seit Michaelis 1838, wo er zum ersten Mal die Prüfung der Abiturienten des Altstädtischen Gymnasiums als Königlicher Commissarius leitete, stand er bis zu seinem Tode in dauernder Verbindung mit dieser Anstalt und nahm an ihren Schicksalen stets den freundlichsten Antheil. Mit ihm ist wieder einer jener Männer aus dem Kreise der Lebenden geschieden, deren Zahl nie gross werden zu wollen scheint. Reges und wahres Interesse für alles Gute und Edle, seltene Humanität und wahrhaft freier Sinn zeichneten ihn vor Vielen gleich sehr aus. Das Altstädtische Gymnasium, dessen Schüler unter dem würdigen Rector Daubler er einst war, wird seiner stets mit Liebe und inniger Verehrung gedenken! —

Vierter Abschnitt.

Statistische Nachrichten.

A. Lehrercollegium.

S. die Vertheilung der Stunden in dem ersten Abschnitte der Schulnachrichten.

B. Schülerzahl.

Im März d. J. 1843 (s. d. Programm) wurde das Gymnasium von 330 Schülern besucht. Vor dem Schlusse des Sommersemesters zählte die Anstalt 339 Schüler. Im März dieses Jahres besuchen das Gymnasium 349 Schüler, von denen in I. 41, in II. 45, in III a. 52, in III b. 44, in IV. 78, in V. 43, in VI. 46 sich befinden.

Abgegangen sind in dem verflossenen Schuljahre:

I. Auf die Universität mit dem Zeugniss der Reife zu Michaelis 1843.

1. Ed. Adolph Eichler, 22 J. alt (stud. Theologie).
2. Ad. Ferd. Georg Gropp, $18\frac{1}{4}$ J. alt (stud. Theologie).
3. Hermann Decker, $23\frac{1}{4}$ J. alt (stud. Cameralia?)
4. Carl Wilh. Perwo, 23 J. alt (stud. Medizin).

II. Zu anderen Berufsarten oder auf andere Schulen:

Aus Prima:	3
- Secunda:	14
- Tertia:	9
- Quarta:	7
- Quinta:	8
- Sexta:	3
Summa	44

III. Gestorben: 1. Um Ostern 1843: der Sextaner Eduard Sobolewski, ein guter, hoffnungsvoller Knabe, der noch auf seinem Sterbebette die Freude über seine Versetzung nach Quinta innig empfand. 2) Gleich nach Michaelis 1843 der Sextaner Schindelmeisser, ebenfalls ein guter und lebensfrischer Knabe, in Folge einer äussern Verletzung, welche er durch den Umsturz eines beladenen Wagens erhalten hatte.

Aufgenommen wurden: Zu und nach Ostern 1843: 47
Zu und nach Michael 1843: 35
Summa: 82

Zu Ostern d. J. verlassen die Anstalt 11 Zöglinge mit dem Zeugniss der Reife, um zur Universität überzugehen:

1. Gustav Becker, $19\frac{1}{2}$ J. alt (stud. Philologie).
2. Isaac Meier Berliner, 18 J. alt (stud. Medizin).

3. Herm. Rob. Gieswald, $19\frac{3}{4}$ J. alt (stud. Math. und Physik).
4. Otto Gottl. Rob. Gisevius, $22\frac{3}{4}$ J. alt (stud. Theologie).
5. Xaver Oscar Ewald v. Hasenkamp, $17\frac{3}{4}$ J. alt (stud. Mathematik und Physik).
6. Fr. Wilh. Jul. Hessen, 19 J. alt (stud. Philologie und Geschichte).
7. Theod. George Migeod, $21\frac{1}{4}$ J. alt. (stud. Medizin).
8. Jul. Emil Nitschmann, 19 J. alt (stud. Medizin).
9. Herm. Carl Eman. Ruhdel, 21 J. alt (stud. Medizin).
10. Wilh. Heinr. Gottfr. Schweiger, $16\frac{1}{4}$ J. alt (stud. Philologie und Geschichte).
11. Jul. Caes. Theod. Soencke, $19\frac{1}{2}$ J. alt (stud. Medizin).

C. Lehrmittel.

I. Die Gymnasialbibliothek. Angekauft sind füs dieselbe: Poetae lyrici Graec. ed. Bergk, Analecta Alexandrina ed. Meineke, Horaz's Satiren erkl. von Heindorf u. Wüstemann, Mittelitalien vor den Zeiten Röm. Herrschaft v. Abekan, Handb. der Röm. Alterth. v. Becker, Grässe: die grösseren Sagenkr. d. Mittelalters, Zeitschr. f. Alterthumskunde 1843., Legendre Théorie des nombres. Sodann die Fortsetzungen von Dahlmann's Geschichte von Dänemark, Wachsmuth's Gesch. Frankr., Poggendorff's Ann. der Phys., Grunerts Archiv f. Math., Pauly's Realencycl., Forbiger's Handb. der alten Geogr. u. A. — Ausserdem sind der Bibliothek etwa 50 Bände von dem historisch-literar. Leseverein zugegangen.

II. Die Schülerbibliothek ist durch den Ankauf von Werken von Kletke, Lessmann, Schäfer, Zell, Grimm, Zeiss, Bossler, Kolb, Wackernagel, Telle, Wünsch, Bässler, Simrock, Adler, Andrée, Kröger, Hillert, Wirth, Nelk, Nieritz u. A. um etwa 90 Bände vermehrt worden. Auch hat sie durch den histor.-literar. Leseverein einen Zuwachs von etwa 30 Bänden erhalten.

III. Für den historisch-literarischen Leseverein, der 68 Theilnehmer zählt, sind u. A. angeschafft: Anthologie aus Schellings Werken, Mignet histor. Abhandl., Bettina das Buch gehört dem Könige, Just. Mösers Werke, Hamiltons Reisen in Kl. Asien, Kohl's Irland, G. Forster's Werke, M. Mendelsohn's Werke, Dorow Erlebtes, Wagner's Romanismus, Hölderlin's Hyperion, Klemm's Culturgeschichte, v. Hügel Kaschmir, Memoiren des Ritt. v. Lang, Centralasien v. v. Humboldt, Stein der Socialismus, Friccius d. ostpr. Landw., Paul Sarpi's Gesch. d. Concils von Trident, Cormenin das Buch der Redner, Louis Blanc Gesch. der Juli-Revol., O'Connel v. Moriarty, Schnaase's Kunstgeschichte, Memoiren Gustav's III. v. Geijer, Th. v. Hippel's Werke, im Ganzen etwa 90 Bände. — Möge dieses Institut auch fernerer gütiger Theilnahme empfohlen sein!

IV. Das physikalische Cabinet hat im verflossenen Schuljahre keinen nennenswerthen Zuwachs erhalten können, da eine in der Arbeit befindliche grosse Luftpumpe den Fonds mehrer Jahre erschöpft.

D. Unterstützungsfonds für hilfsbedürftige Gymnasiasten.

Im Laufe des verflossenen Schuljahres sind eingekommen:

	Thlr.	Sgr.	Pf.
I. Von Eltern unserer Schüler; und zwar			
1. in Sexta (21 Beitrag.)	9 Thlr.	10 Sgr.	- Pf.
2. in Quinta (13 Beitrag.)	5 -	15 -	6 -
3. in Quarta (34 Beitrag.)	35 -	10 -	- -
4. in Tertia (41 Beitrag.)	47 -	23 -	- -
5. in Secunda (17 Beitrag.)	16 -	7 -	6 -
6. in Prima (30 Beitrag.)	22 -	25 -	- -
II. Von einem Ungenannten	2 -	— -	- -
III. Von B. in Pr. E.	5 -	— -	- -
Summa:	144 Thlr.	1 Sgr.	- Pf.
Dazu Zinsen von einem Staatsschuldschein à 100 Thlr. Jan. 44.	1 -	22 -	6 -
	145 -	23 -	6 -
Bestand v. vor. Jahre:	91 -	6 -	9 -
Summa:	237 -	— -	3 -
Ausgegeben sind:			
I. an Unterstützungen:	60 -	14 -	6 -
II. z. Ank. e. Staatsschldsch. à 100 Thlr.	104 -	7 -	6 -
Es bleibt also baarer Bestand:	72 -	8 -	3 -

Allen geehrten Gebern sage ich hiermit im Namen der Anstalt den tiefgefühltesten Dank. Möge sich dieser schöne Sinn der Wohlthätigkeit dauernd erhalten! Kleine Gaben von Vielen dargebracht werden für den Unterstützungsfonds die sicherste Grundlage bilden, und einen soliden Aufbau am wesentlichsten fördern.

Ellendt.